[5]) H I 102 (1822): 1513 Mart. 19 *Francisco* episcopo papa annuam pens. 2000 duc. concedit; l. c. 103 (1840—45): Eidem quaedam beneficia. — L. c. 138 (2363): 1513 Maii 1 eid. in comm. ecclesias s. Mar. de Nicone et s. Mariae de Lexoera (d. Civitat. Castellan.) et mon. s. Salvatoris Vallis Pirte O. S. B. (d. Perusin.) — L. c. 331 (5313 seq.): 1513 Nov. 7 eidem duo mon. et unum priorat. in comm.

[6]) AC_1 1 f. 215: 1523 Apr. 28 card. *Vulterraneus* detentus est in arce s. Angeli. Papa deputat commissarios cardinales s. Crucis (II, 20), Anconitanum (II, 21) et de Cesis (III, 32) et ordinat, ut detentus habeat commoditatem omnium, quae sibi usui sint, quousque diluerit crimina obiecta. — Cf. pag. 7 col. 2 not. 3 ad finem.

[7]) AC_2 3 f. 23: 1506 Nov. card. *Brixinen.* ingreditur Bononiam.

[8]) L. c.: 1506 Dec. 16 (Bononiae): Recepti sunt apud papam cardinales Brixinen. et Mantuan. (II, 13) et S. D. N. dedit capellum rubrum Mantuano.

41. **Nicolaus de Flisco (Fieschi)** [ep. Foroiulien., prius Agathen.] = diac. tt. s. Luciae in Septisolio (de Flisco), cr. 1503 Maii 31 ab Alexandro VI, tr. ad tt. s. Priscae[1]) 1506 Oct. 5, ad Albanen. 1518 Febr. 8, ad Sabinen. 1521 Jul. 24, ad Portuen. 1523 Dec. 18, ad Ostien. 1524 Maii 20, [adm. Agathen., Embredunen., Andrien., Tolonen., Ravennaten.], † in C. R. 1524 Jun. 15.

42. **Franciscus de Sprata** [ep. Legionen.] = diac. tt. ss. Sergii (?) et Bacchi (Legionensis), cr. 1503 Maii 31 ab Alexandro VI, † ex. C. R. 1504 Sept. 9.

43. **Adrianus (de Corneto) Castellensis** [ep. Herefordenn., dein Bathonien. et Wellen.] = tt. s. Chrysogoni[2]) (Herefordensis seu Bathoniensis), cr. 1503 Maii 31 ab Alexandro VI, priv. a Leone pp. X. 1518 Jul. 5[3]), † ex. C. ex. a. 1521 vel in. a. 1522.

44. **Jacobus de Casanova**, camerarius S. S. = tt. s. Stephani in Coelio Monte (Casanova), cr. 1503 Maii 31 ab Alexandro VI, † in C. R. 1504 Jun. 4.

45. **Franciscus de Loris** [el. Elnen., Valentin. et Dien., Interamnen., aep. Tranen. ac patr. Constantinopolitan.] = diac. tt. s. Sabinae (Elnensis), cr. 1503 Maii 31 ab Alexandro VI, tr. ad s. M. nov. 1505 Dec. 17, † in C. R. 1506 Jul. 22.[4])

[1]) H I 103 (1831): 1513 Mart 19: *Nicolao*, tt. s. Prisc. pbr. card., papa conc. liberam de eius beneficiis dispositionem; (1832): vicar. parochialis eccl. loci de Ponteves (d. Foroiulien.); (1833): quaedam alia beneficia. — L. c. 645 seq. (10281 seqq.): 1514 Jul. 7 eid. fruct. can. et praeb. eccl. Aquen. ab eo resignat.; regr. res.; eid. proventus priorat. loci de Roguis (d. Aquen.) — L. c. 220 (3710 seq.): 1513 Jul. 17 eid. p. e. de Moyen et vicariam p. e. de Rossières ad salinas Tullenses commendat necnon p. e. s. Crucis Montisiunctionis (d. Tullen). — L. c. 379 (5967): 1513 Dec. 28 eid. p. e. s. Martini de Salzeda (d. Compostellan.). — L. c. 513 (8119): Eidem, praepositur. eccl. ss. Joan. et Seb. loci de Benna (d. Vercellen.) resignanti mensae episcopali Hipporegien. unitam, fruct. omnes res. — L. c. 567 (9033 seq.): 1514 Maii 25 eid. res. fruct. p. e. s. Petri de Banchis Januen. ab ipso resign. et regr. concedit. — L. c. 663 (10613): 1514 Jul. 27 eid. fruct. praeposit. de Pinaco O. S. A. (d. Foroiulien.) ab eo resign. res. et regr. concedit. — L. c. 693 (11203—5): 1514 Aug. 25 eid. ius regr. et fruct. p. e. B. M. de Cingulo (d. Auximan.), quam resignaverat. — L. c. 732 (11861): 1514 Sept. 22 eid. access. ad priorat. s. Jacobi della Molla O. S. A., ad par. ecclesias s. Steph. et s. Stephaniae aliaque benef. — L. c. 775 (12769): 1514 Nov. 15 eid. regr. ad p. e. s. Barth. de Stiliano (d. Januen.). — L. c. 798 (13239): 1514 Dec. 18 eid. mon. B. M. Bonae Cumbae O. Cist. (d. Ruthenen.) in comm., priores literas confirmans; idem de novo Dec. 20 (L. c. 802 n. 13328). — L. c. II 29 (14123): 1515 Febr. 15 eid. pens. assign. eccl. Maioricen. — L. c. II 116 (15973 seq.): 1515 Jul. 16 eid. ius regr., coll. benef. et fruct. priorat. s. Joan. extra muros Gebennen. O. S. B. et p. e. s. Steph. Casalis Maioris (d. Cremonen.) res.

[2]) Sch. Ind. 555: 1504 et 1514 *Adrianus* erat collector in Anglia. AC_2 3 f. 24: 1507 Sept. 1 Cardin. *Hadrianus* ab Urbe discessit nulla petita licentia. — AC_1 1 f. 33: 1517 Nov. 4: Monitorium contra Hadrianum de Corneto, tt. s. Chrysogoni pbr. card., ut veniat ad obedientiam S. S.

[3]) AC_1 1 f. 49': 1518 Mart. 3. Cum A. tt. s. Chrys. pbr. card. Bathoniensis monitus non compareret, papa contra eum ad ulteriora procedere se velle dixit — l. c. f. 53' seq.: 1518 Apr. 12 papa in contumacia ulterius procedi iussit contra cardinalem Hadrianum non comparentem. — f. 63: 1518 Jul. 5: Privatur *Hadrianus*, instante Mario de Peruschis procuratore et Justino de Carosis advocato fiscalibus. — Schede di Gar. Ind. 555: 1518 mandatum vendendi bona Adriani olim s. Chrysog. card. privati dignitate. — Idem erat protector O. Humiliator.

[4]) AC_2 3 f. 20': 1506 Jul. 22. *Franciscus* tt. s. Mar. novae diac. card. Elnen. obiit; sepultus in eccl. s. Petri in capella pp. Calixti III.

II. Julius II.

antea Julianus de Ruvere, ep. Ostien. (cfr. supra I, 3), Romae electus[1]) 1503 Nov. 1 et coronatus[2]) Nov. 26, obiit 1513 Febr. 20.[3])

---

[1]) Ac₂ 3 f. 15¹ seq.: 1503 Oct. 31 inchoatum est conclave, cui interfuerunt cardinales 38, videlicet: Neapolitanus (I, 2), s. Petri ad vincula (I, 3), Ulixbonensis (I, 4), Racanatensis (I, 5), Beneventanus (I, 9), s. Praxedis (I, 10), Alexandrinus (I, 13), s. Crucis in Hierosolymis (I, 14), Agrigentinus (I, 24), Grimanus (I, 17), Arborensis (I, 28), Cusentinus (I, 30), Salernitanus (I, 31), Caputaquensis (I, 32), Cumanus (I, 33), Rothomagensis (I, 25), Bononiensis (I, 36), Montisregalis (I, 37), Surrentinus (I, 38), Flisco (I, 42), Volaterranus (I, 39), Reginensis (I, 29), Legionensis (I, 42), Herefordensis (I, 43), Casanova (I, 44), s. Georgii (I, 6), Columna (I, 7), Ascanianus vicecancellarius (I, 8), Medices (I, 11), Sanseverinus (I, 12), Caesarinus (I, 16), Farnesius (I, 18), Borgia (I, 27), Aragonia (I, 21), Lebretus (I, 26), Cornarius (I, 35), Elnensis (I, 45), Estensis (I, 20). — NB: Absentes igitur erant: Ludovicus Joannis tt. ss. IV Coronat. (I, 1), Raymundus Peraudi card. Gurcen. (I, 19), Guilelmus Briçonnet card. Maclovien. (I, 22), Philippus de Lucemburgo (I, 23), Thomas Bakòcz card. Strigonien. (I, 34), Melchior de Meckau card. Brixinen. (I, 40); Caesar de Borgia (I, 15) iam resign. card. — 1503 Nov. 1 intra horam XVI. et XVII. Julianus ep. Ostien. ass. fuit ad Pontificatum et nominatus Julius II.

[2]) Ac₂ 3 f. 16: 1503 Nov. 26 die dominico Julius pp. II fuit coronatus et die Dec. 6 ivit ad s. Joan. in Lat., ubi accepit possession. sui episcopatus (l. c. f. 16').

[3]) Ac₂ f. 37': 1513 Febr. 20 Julius II accepit ss. Commun. per manus card. s. Georgii et hora XI^a noctis diem supremum obiit. Corpus portatum et depositum est in basilica Vat. in capella Sixti IV. *Itinerarium* Julii II hoc modo componitur: *1505* Sept. 2 hora 10. S. D. N. discessit ab Urbe ob aeris intemperiem et ut visitaret diversa loca, praesertim Nepesim, Civitatem Castellanam, Surianum, Viterbium, Cornetum, Civitatem Vetulam; Oct. 9 reversus est Urbem (Ac₂ 3 f. 18 seq.). *1506* Aug. 26 discessit ab Urbe Bononiam versus et eo die ivit Formellum, ubi pernoctavit (l. c. f. 21). — Catalogus Cardinalium, qui S. S. ab Urbe discedentem Bononiam versus comitati sunt: 1. Antoinottus ep. Praenestin., card. s. Praxedis (I, 10). 2. Raphael ep. Albanen., card. s. Georgii, camerarius (I, 6). 3. Dominicus pbr. card. Grimanus (I, 17). 4. P. pbr. card. Reginen. (I, 29). 5. Jo. Steph. pbr. card. Bononien. (I, 36). 6. F. pbr. card. Vulterran. (I, 39). 7. N. pbr. card. de Flisco (I, 41). 8. H. pbr. card. Hadrianus (I, 43). 9. G. pbr. card. s. Petri ad vinc. (II, 2). 10. Marcus pbr. card. Senogallien. (II, 5). 11. Ro. pbr. card. Redonen. (II, 6). 12. L. pbr. card. Agenen. (II, 7). 13. Ant. pbr. card. s. Vitalis (II, 8). 14. Fr. ep. card. Papien. (II, 9). 15. G. pbr. card. Urbinaten. (II, 10). 17. Jo. diac. card. Columna (I, 7). 18. Jo. diac. card. Medices (I, 11). 19. Jul. diac. card. Caesarinus (I, 16). 20. Alex. diac. card. Farnesius (I, 18). 21. Aloys. diac. card. de Aragonia (I, 21). 22. Marcus diac. card. Cornarius (I, 35). 23. Carolus diac. card. de Careto Finarius (II, 12). (In Ms. num. 21 omisso post 20 sequitur 22, ita ut eveniant 24 cardinales.) — Aug. 27: adivit Nepesim, ubi stetit diem et noctem sequentem. Aug. 28: Inde veniens accessit Civitatem Castellanam, ubi ea die et sabbato sequente remansit; Aug. 30: Ex civitate ad Fabricam profectus est, ubi eum curia cardinalis Racanatensis benigne excepit, et facto prandio Viterbium accessit. Sept. 4: Viterbio discedens intravit Montem Flasconem. Sept. 5: Petiit Urbem Veterem. Sept. 9: Inde discessit et ivit ad prandium prope pontem Carvaiole sub Fraschata, quo facto adivit Castrum plebis, ubi pernoctavit. Sept. 10: Ivit ad prandium ad locum Castillionem de lacu Perusiae, ubi pernoctavit. Sept. 11: Ingressus navem per lacum ad insulam accessit et post prandium pernoctandi causa Pattignanum petiit, locum super ripam lacus positum (l. c. f. 21'). Sept. 12: Pattignano discessit ad locum Cortianum, ubi cardinalis Narbonensis (I, 22) eum visitavit, ibique pernoctavit. Sept. 13 (Ms. 12): Die dominica ingreditur Perusiam et exules secum ducens restituit civitati et eos cum Balionibus conciliat. Sept. 16: Praesente Pontifice in urbe fr. Egidius in ecclesia s. Francisci praedicavit ante missam pontificalem, qua finita Gentilis ep. Urbevetanus et Jo. Paulus de Balionibus pacem inierunt cum adversariis et super corpus X^ti sacratum se pacem inter ipsos esse servaturos iurarunt. Sept. 21: Perusia relicta pernoctandum petiit certam abbatiam cardinalis Urbini, et Curia ad locum, qui dicitur La Fratta. Sept. 22: Eugubium se conferens ibi pernoctavit. Sept. 23: Pergit ad locum Cantiani. Sept. 24: Ad locum Laqualagna, villa trium domorum, ubi pernoctavit. Sept. 25: Ingreditur Urbinum, ubi mansit dies tres. Sept. 29: Discedens Maceratam profectus est, ubi pernoctavit, et die 30 ad s. Marinum, ubi hospitatus est. Oct. 1: Ivit ad dormiendum in locum Savignani et die seq. ad monast. s. Crucis prope Cesenam et hora 22. Cesenam ingreditur. Oct. 7: Consistorium ibi habitum, in quo S. D. N. censuras promulgandas curavit contra Bononienses. Oct. 8: Cesena relicta ivit ad locum Forum Pompilii. Oct. 9: Intravit Forlivium, ubi 7 dies permanet. Oct. 17: Ad prandium se contulit in loco Cari, ad pernoctandum in loco Modiglianae Florentin. (l. c. f. 22 seq.). Oct. 18: Multos labores et angustias perpessus ob montium et itineris asperitatem ad locum Marradi advenit. Oct. 19: Ivit ad prandium Parazolam et pernoctavit in Castro Tosignani. Oct. 20: Per loca reipublicae Florentinae ivit Imolam, ubi permansit multos dies et fecit nonnulla consistoria. Nov. 10: Discedens Imola Bononiam profectus est et ea nocte pernoctavit in abbatia vulgari sermone Guardasone nuncupata, quae est card. Grimani (I, 17). Nov. 11: Intravit Bononiam. *1507* Febr. 22: Discessit Bononia cum nonnullis cardinalibus Romam rediturus petiitque Imolam, ubi moratur dies duos. Febr. 24: Forlivium proficiscitur ibique permanet dies duos. Febr. 26: Ivit Cesenam et die sequente, quae fuit dominica, ad pernoctandum in portum Cesenaticum et die lunae in s. Archangelo. Febr. 27: Accessit Montemfloris, ubi pernoctavit. Mart. 1: Profectus et Callium. Mart. 3: Venit Urbinum, ubi dies duos moratus est et die sequente pernoctavit in loco dicto Sigillo. Mart. 5: Fulgineum adiit, Mart. 6: Montefalcum, Mart. 7: Aquaspartam, Mart. 8: Ortam, ubi moratur dies duos. Mart. 11: Proficiscitur Viterbium et Nepesim, ubi mansit dies duos et deinde Civitatem Castellanam accessit et per Tiberim cum nonnullis cardinalibus die sabbati ante diem palmarum Romam petiit et in s. Maria de Populo pernoctavit, unde ipso die palmarum datis palmis in s. Mar. de Populo post prandium ad palatium apostolicum se contulit (l. c. f. 23 seq.). — *1509* Jul. 1: S. D. N. ivit Ostiam et die Mercurii 4. Julii rediit Romam. Sept. 9: Versus Civitatem Castellanam profectus est, a qua die 17. Sept. ad Viterbium discessit. Oct. 18: Ad Urbem reversus intravit per Belvedere. Oct. 19 (Ms. 9): Cum nonnullis cardinalibus et familiaribus domesticis adivit Ostiam. Oct. 25 (Ms. 15): Rediit in Urbem (l. c. f. 25). — *1510* Jan. 23: Die Mercurii Ostiam ivit; die 30. Jan. ad s. Paulum reversus die 31 in palatium rediit. Mart. 2: Sabbato cum aliquibus cardinalibus per Ostiam iter faciens ad Civitatem Vetulam pergit et die Veneris 22 h. m. ad Urbem reversus est. Apr. 25: Ostiam se contulit ibique permansit; die dominica 5. Maii ad Urbem rediit. Jun. 10: Profectus ad Civitatem Castellanam die 21. h. m. Romam rediit. [Aug. 9: Alfonsum Este ducatu Ferrariae privavit.] Aug. 10: Ad s. Laur. in Dam. se contulit, ubi comedit. Aug. 17: Discessit ab Urbe et venit Ostiam; tum iter versus Bononiam cepit per patrimonii agrum Perusinum, Camerinum, Picenum, Romandiolam et die 8. Sept. apud Virginem de Laureto missam celebravit et benedictionem populo cum mitra triplicem habente coronam dedit. Sept. (Ms. Aug.) 22: Receptus est Bononiae (l. c. f. 27 seq.). *1511* Jan. 2: Inde discedens ivit ad castra contra terram Mirandulam et secum duxit cardinales Reginen. (I, 29), Aragoniam (I, 21), Cornarium (I, 35) et postea vocavit Papiensem (II, 9). Maii 14: Bononiam relinquens Urbem versus iter cepit (l. c. f. 28 seq.). Jul. 18: Romae in Laterano lecta fuit bulla de novo concilio faciendo pro pascate proxime futuro (l. c. f.29). — *1512* Jun. 15: Adiit Maglianum et dein Ostiam proficiscitur (l. c. f. 35'). Nov. 27: Iterum adiit Ostiam cum el. Gurcen. et nonnullis oratoribus (f. 36). Dec. 1: Rediit in Urbem. [Dec. 3: Ivit ad Lateran.; 3^a sessio, in qua lectum fuit mandatum Caesareae Maiestatis. Febr. 16: 6^a sessio conc. Lat.; 7^a indicta pro III. Id. Apr.].

S. R. E. cardinales ab ipso creati.

a) *in prima promotione 1503 Nov. 29 habita.*[1])

1. **Clemens Grossus de Rovere** O. Min., nepos, ep. Mimaten. = tt. ss. XII Apostolorum (de Rovere) 1503 Dec. 6, † in C. R. 1504 Aug. 18.
2. **Galeottus de Franciottis**, ep. Lucan. = tt. s. Petri ad vinc.[2]) (de Rovere) 1503 Dec. 6, [adm. Lucan., Benevetan., Cremonen., Vicentin.], vicecancellar. S. R. E., † in C. R. 1507 Sept. 11.[3])
3. **Franciscus Guilelmus de Claromonte** (de Clermont), aep. Narbonen., prius s. Pontii Tomeriar. = diac. tt. s. Adriani[4]) (Auxitanus) 1503 Dec. 6, tr. ad tt. s. Steph. in C. M. 1509 Maii 2[5]), ad Tusculan. 1523 Dec. 18 [aep. Auxitan., adm. Agathen.], † ex. C. R. 1541 paulo ante Mart. 13.
4. **Joannes de Zuniga**, ep. Hispalen. = tt. ss. Nerei et Ach. (Hispalensis) 1503 Dec. 6, † ex. C. R. 1504 Aug. 14.

b) *in secunda promotione 1505 Dec. 1 habita.*[6])

5. **Marcus Vigerius** O. Min., ep. Senogallien., castellanus arcis s. Angeli = tt. s. Mar. tr. Tib.[1]) (Senogalliensis) 1505 Dec. 17, tr. ad Praenestin.[2]) 1511 Oct. 29, † in C. R. 1516 Jul. 18.
6. **Robertus Britto** (Guibé vel Challand), ep. Redonen., prius Trecorien. = tt. s. Anastasiae[3]) (Nannetensis) 1505 Dec. 17, [ep. Nanneten., adm. Albien., Amalfitan., Veneten.], † in C. R. 1513 Nov. 9[4]).
7. **Leonardus Grossus de Rovere**, ep. Agenen. = tt. ss. XII Apost. (Agenensis) 1505 Dec. 17, tr. ad tt. s. Susannae[5]) 1508 Sept. 15 (?), ad tt. s. Petri ad Vinc. 1517 Mart. 9, maior poenitentiarius post 1511 Oct. 4[6]), † in C. R. 1520 Sept. 17.
8. **Antonius de Ferreriis** (de Saona), ep. Eugubin., magister domus S. S. = tt. s. Vitalis[7]) (Eugubinus) 1505 Dec. 17, [ep. Perusin., Papien.], † in C. R. 1508 Jul. 23.[8])
9. **Franciscus Alidosius** (Alidosi), ep. Papien., prius Mileten., thesaurar. S. S. = tt. ss. Nerei et Ach. 1505

[1]) Ac₂ 3 f. 16 seq. 1503 Nov. 29 papa creavit 4 cardin. et Dec. 4 eosdem publicavit deditque eis capellum rubrum praesentibus aep. Narbonensi et Clementi de Ruvere. Dec. 6: Cardinalibus noviter creatis assignavit titulos.

[2]) Sch. Ind. 555: 1504 *Galeottus* deputatur leg. Bononiae et Romae.

[3]) Ac₂ 3 f. 24 seq.: 1507 Sept. 11: Sixtus de Rovere (II, 18), nepos S. S. et ipsius de Galeotti frater, creatur card. et data ei sunt omnes episcopatus, monast., beneficia et cancellaria fratris defuncti, qui die 12. Sept. sepultus fuit in basilica apostolorum de Urbe in capella s. Mariae.

[4]) l. c. f. 24‘: 1508 Oct. 15 die dominico card. *Auxitanus* reversus est Romam e Francia per mare. — Schede di Garampi in arch. Vat. Ind. 555: 1508 pro eod. comissio Mediolanen. — Pro eod. comissio Rothomagen.

[5]) l. c. f. 27‘: 1510 Jun. 29: Card. *Auxitanus* cum uno ex suis sine habitu cardinalitio captus et ad arcem s. Angeli ductus est in detentionem. H I 4 (30): 1513 Mart. 19 papa *Francisco* s. Hadriani cardinali presbytero confirmat accessum seu regressum ad prioratum B. M. V. de la Fuente de Dios Tanbien. O. S. A. (d. Asturicen.) iuxta Julii II decretum. (Hergenroether hoc loco errorem occurrisse dicit in verbo „presbytero“, quum „etiam postea S. Hadriani *diaconia* tantum commemoretur“. Sed iste Franciscus eo tempore iam ad titulum presbyt. s. Stephani in C. M. translatus erat, retenta tamen, ut videtur, denominatione vulgari „cardinalis s. Hadriani“. Praeterea ex Ac 8 f. 94‘ etiam 1548 Apr. 9 et saepius titulum s. Adriani ex diaconali presbyteralem factum esse constat.) — H I 104 (1864): 1513 Mart. 19 Francisco tt. s. Steph. pbr. card. papa concedit fruct. eccl Senecen. ab eo resign. (1865): Eid. pens. ann. 25 libr. Turon. a Jul. II collatam confirmat. — H I 665: 1514 Jul. 28: Eid. comm. eccl. s. Pontii Thomeriar. — Quam cum resignarit, papa ei res. quendam locum et domum de Villanova eiusd. dioec. (l. c. 665 n. 10662). L. c. II 69 (14999): 1515 Apr. 15 Eid. in comm. 2 p. e. et 2 capellanias.

[6]) Ac₂ f. 18‘ seq.: 1505 Dec. 1. De consilio cardinalium praesentium Oliverii ep. Ostien., Georgii ep. Portuen., Hieronymi ep. Sabinen., Antoniotti ep. Praenestin., Raphaelis ep. Albanen., Joannis Antonii ep. Tusculan., episcoporum, Bernardini tt. s. Cruc. in Hieros., Joannis tt. s. Priscae, Dominici tt. s. Marci, Jacobi tt. s. Clem., Petri tt. s. Cyriaci (in Ms. nomen tituli deest), Francisci tt. s. Caec., Joannis tt. s. Balbinae, Antonii tt. s. Steph. in C. M., Stephani tt. s. Vitalis, Francisci tt. s. Sus., Nicolai tt. s. Luc. in Septisol., Hadriani tt. s. Chrysog., Galeotti tt. s. Petri ad vinc., presbyterorum, Joannis tt. s. Mar. in Aquiro, Joannis tt. s. Mar. in Domn., Federici tt. s. Theod., Alexandri tt. s. Cosm. et Dam., Aloysii tt. s. Mar. in Cosm., Francisci tt. s. Sabinae diaconorum assumpti sunt in S. R. E. cardinales: Marcus ep. Senogallien, castellanus arcis s. Angeli, Robertus ep. Redonen., Leonardus ep. Agenen., Antonius ep. Eugubin., mag. domus S. S., Franciscus ep. Papien., thesaurar. S. S., Gabriel ep. Urbinaten., Fatius ep. Caesenaten., datarius, Carolus Dominicus aep. Theban. — Quos S. S. publicavit 1505 Dec. 12 et Dec. 17 iisdem assignavit capellum et titulos; Dec. 22 oris aperitio (l. c. f. 19).

[1]) l. c. f. 28: (mensis et dies in Ms. desiderantur) Card. *Senogalliensis* et Eboracensis Bononiae creantur legati ad expugnationem Ferrariae (cf. Itinerar. Julii II 1510 Aug. 9, p. 9); 1511 Maii 14 papa Bononia discessit. — Sch. Ind. 555: Pro eod. indult. regr. ad paroch. eccl. Urbis.

[2]) H I 102 (1822): 1513 Mart. 19. Marco ep. Praenestin. papa conc. ann. pens. 2000 duc. — (1827): Eid. ann. pens. 135 duc. sup. fruct. monast. s. Stephani Bononien. O. S. B. — l. c. 124 (2167): 1513 Apr. 15: Eidem papa res. fructus beneficii, quod resignaverat. — l. c. II 81 (15260): 1515 Maii 1: Eidem cum iure regr. fruct. monast. s. Martini ex. mur. Viterbien. O. Cist. res.

[3]) Sch. Ind. 555: 1507 *Rob.* commendatar. mon. s. Victor. Massilien. O. S. B. — Eid., ep. Nanneten., conc. disp. ad quaecumque beneficia. — Pro eod. archipresbyterat. s. M. maior. de Urbe. — Eid. in comm. duo mon. Urbis vac. per obit. H I 105 (1866): 1513 Mart. 19: *Roberto* confirmat papa quodd. beneficium. L. c. 126 (2190): 1513 Apr. 17: Eid. monast. s. Juliani O. S. B. (d. Turonen.) in comm. (2191): Eid. ius conferendi beneficia reservata in d. Redonen. L. c. 173 (2973): 1513 Jun. 3: Eundem civitatis Ananiae in Campania gubernatorem ad vitam deputat. L. c. 187 (3210): 1513 Jun. 16: Eid. quaed. benef. in Hispalen. et Dertusen. civitatib. et dioecesib. res. L. c. 209 (3549): 1513 Jul. 8: Eundem deputat in suum ac Sedis aplic. *vicar. gen.* in spiritual. et temporal. pro civitate Avenionen. et comitatu Venaissino et in illis necnon in Viennen., Arelaten., Ebredunen., Aquen., Narbonen. provinciis *legatum* constituit.

[4]) H I 332, nota: 1513 Nov. 9: Robertus tt. s. Anastasiae card. Nanneten. mortuus est, vir bonus, ecclesiasticus, rectus ac timens Deum ac devotus; annos 54 natus.

[5]) Pro eo indult. cognoscendi et terminandi causas civitat. et d. Agenen. (Schede di Gar. Ind. 555). H I 17 (260): 1513 Mart. 19: *Leonardo* papa confert comm. monast. s. Mar. de Murimundo O. Cist. (d. Mediolanen.) a se ipso tempore assumptionis suae retentam; l. c. 102 (1822): Eid. ann. pens. 2000 duc. L. c. 131 (2272): 1513 Apr. 25: Eid. lib. regr. ad can. et praeb. ecclesiae della Cuniga (d. Compostellan.). L. c. 411 (6476): 1514 (Jan. 29): Eid. in comm. archipresbyterat. oppidi s. Secundi de s. Secundo (d. Legionen.). L. c. 463 (7287 seq.): 1514 Mart. 17: Eid. can. et praeb. eccl. Brixien. L. c. 649 (10340): 1514 Jul. 10: Eid. in comm. p. e. s. Hilarii Asten. et priorat. s. Petri de Podinicho O. S. A. (d. Casalen.). — L. c. II 25 (14037): 1515 Febr. 9: Eid. res. fruct. p. e. s. Petri loci de Saxino (d. Taurinen.) cum iure accessus.

[6]) Ac₂ 3 f. 35‘.

[7]) Sch. Ind. 555: 1506 Jan. 23 *Antonius* card. constituitur legatus pontificis et 1507 Apr. 28 leg. Perusiae. AC₂ 3 f. 24: 1507 Aug. 1: *Antonius* de Saona card. s. Vitalis, legatus Bononiae, reversus est Romam et eo die fuit detentus in castro s. Angeli, ubi fuit associatus a card. Vulterraneo (I, 39).

[8]) Sch. Ind. 555: Arm. XXIX t. 58 f. 19 (ao. 1508) et t. 61 f. 53‘ (ao. 1511) de debitis Antonii card.

Dec. 17, tr. ad tt. s. Caeciliae[1]) (Papiensis) 1506 Aug. 11, [adm. Bononien.], † 1511 Maii 24.[2])

10. **Gabriel de Gabrielis** (de' Gabrielli), ep. Urbinaten. = diac. tt. s. Agathae (Urbinatensis) 1505 Dec. 17, tr. ad tt. s. Praxed. 1507 Sept. 11, † ex. C. R. 1511 Nov. 5.

11. **Fatius (Joannes) Santorius**, ep. Caesenaten., datarius = tt. s. Sabinae (Caesenatensis)[3]) 1505 Dec. 17, [adm. Pampilonen.], † in C. R. 1510 Mart. 22.

12. **Carolus Dominicus de Caretto**, aep. Theban., marchio Finarii = diac. tt. ss. Viti et Modesti[4]) (de Caretto vel Finarius) 1505 Dec. 17, tr. ad tt. s. Nic. int. imag.[5]) 1507 Jan. 4, ad tt. s. Caec.[6]) 1513 inter Maii 30 et Oct. 5, [aep. Remen., Turonen., Caturcen.], † in C. R. 1514 Aug. 15.

13. **Sigismundus Gonzaga**, protonot. aplic., frater marchionis Mantuae = diac. tt. s. Mar. novae (Mantuanus) 1506 Dec. 16[7]), [adm. Aversan.], † ex. C. R. 1525 Oct. 3[8]).

c) *in tertia promotione 1506 Dec. 18 Bononiae habita.*[9])

14. **Joannes Franciscus de Tremovilla** (de la Trémouille), aep. Auxitanus, adm. Pictavien., mortuus est ante pilei receptionem 1507 m. Jun.

15. **Renatus de Prie**, ep. Baiocen., dein Lemovicen. = tt. s. Luciae in Septisol. (Baiocensis) 1507 Maii 17, tr. ad tt. s. Vitalis 1509 Nov. 7, ad tt. s. Sabinae[1]) 1511 Mart. 17, priv. 1511 Oct. 24, rest. 1514 April. 24, [ep. Lemovicen.], † in C. R. 1519 Sept. 9.

16. **Ludovicus de Ambasia** (d'Amboise)[2]), ep. Albien. = tt. ss. Marcellini et Petri (Albiensis) 1510 Jan. 11, † ex. C. R. 1517.

d) *in quarta promotione 1507 m. Maii habita.*[3])

17. **Franciscus Ximenes Cisneros** O. Min., aep. Toletan. = tt. s. Balbinae (Toletanus) 1507 Maii 17, † ex. C. R. 1517 Nov. 8.

e) *in quinta promotione 1507 Sept. 11 habita.*

18. **Sixtus de Franciottis de Rovere**, nepos S. S. et frater Galeotti card., tt. s. Petri ad vinc.[4]) = tt. s. Petri ad vincula[5]) (s. Petri) 1507 Sept. 11, vicecancellarius S. R. E.[6]), poenitentiarius[7]), [ep. Paduan., adm. Lucan., Beneventan., Vicentin.], † in C. R. 1517 Mart. 8.

f) *in sexta promotione 1511 Mart. 10 Ravennae habita.*[8])

19. **Christophorus Bainbridge**, orator regis Angliae, aep. Eboracen., prius ep. Dunelmen. = tt. ss. Marcell. et Petri (Eboracensis) 1511 Mart. 17, tr. ad tt. s. Prax. 1511 Dec. 22[9]), † in C. R. 1514 Jul. 14.

---

[1]) Sch. Ind. 555: 1508 Jan. 28 card. Papiensi nuper deputato legato conc. facultates; 1509 idem legatus in Italia. Ac_2 3 f. 24': 1509 Jun. 19: Card. Auxitanus (II, 3) et Papiensis accesserunt Mantuam ad regem christianissimum.

[2]) L. c. f. 28': 1511 Maii 24: Franc. Maria de Ruvere, Urbini dux, S. D. N. ex fratre germano nepos, Franc. Alidosium card. Papiensem cum certis sociis necavit.

[3]) *Fatius Santorius* patria erat Viterbien. Effigies eiusdem in museo civico Viterbii noviter erecto inscriptionem habet, qua falso „1505 *Kal. Jan.*" a Julio II electus esse dicitur. Arch. Vat. Jul. II t. 990 f. 141: Breve Julii II ad mag. Laur. Pucium cler. Florentin., JUD., fam. S. S. et summatorem, *quo in munere Fatium erat secutus.* Datum desideratur, quod Garampi (Sch. Ind. 555), cum breve praecedens scriptum esset 1507, in cedulis falso addidit (i. e. 1507); nam l. c. f. 147 ao. 1509 Maii 3 ipse Fatius manu propria subscripsit, 1510 Apr. 27 vero (Arm. XXIX f. 228) „b. m." nuncupatur, quod concordat optime cum act. consist. Itaque breve supradictum, in quo Fatius summator *b. m.* dicitur, ultra 1510 Mart. 22 scriptum est.

[4]) Sch. Ind. 555: 1506 Jan. 28 *card. s. Viti* conc. ind. conferendi benef.

[5]) H I 102 (1827): 1513 Mart. 19: *Carolo*, s. Nic. int. imag. card., papa concedit pens. 135 duc. super fruct. monast. s. Steph. Bononien. O. S. B. — L. c. 168 (2879): 1513 Maii 30: Eid. confirmat comm. prioratus de Dompna Maria O. Clun. (d. Tullen.), quem antea Waricus ep. Virdunen. obtinuerat.

[6]) H I 297 (4645): 1513 Oct. 5: *Carolo* tt. s. Caec. pbr. card. papa res. fruct. p. e. plebaniae s. Pauli in Rosso (d. Faesulan.), quam resignaverat. L. c. 677 (10871): 1514 Aug. 12: Eid. conc. pens. sup. fruct. mens. episc. eccl. Caturcen.

[7]) AC_2 3 f. 23: 1506 Nov. (dies in Ms. deest): Card. Mantuanus ingreditur Bononiam (cf. Itinerarium Julii II p. 9). — H I 102 (1822): 1513 Mart. 19: *Sigismundo s.* Mariae novae diac. card. papa conc. pens. ann. 2000 duc. — L. c. 103 (1829): Eidem provid. de quibusd. beneficiis. — (1830): Eid. conc. ius disponendi libere de suis bonis. — Sch. Ind. 555: *Sigismundis* constituitur legatus Marchiae. — 1519: Eid. committitur causa Friderici marchionis Mantuae.

[8]) Ac_1 2 f. 80': 1525 Oct. 13: Papa condolet morti Sigismundi de Gonzoga card. Mantuani, qui Mantuae 1525 Oct. 3 diem supremum obiit.

[9]) Ac_2 3 f. 23 seq.: 1506 Dec. 18 (Bononiae): In hac promotione S. S. tres cardinales novos creavit, videl. aep. Auxitanum, mortuum ante pilei receptionem, Renatum ep. Baiocen., Ludov. ep. Albien.

[1]) H I 689 (11128): 1514 Aug. 21: *Renato* tt. s. Sab. papa comm. priorat. de Malopassu O. S. B. (d. Lexovien.); cf. n. 11129 seq. — Sch. Ind. 555: Pro *Renato* card. *Baiocen.* ind. puniendi clericos et presbyteros Baiocen. et Lemovicen. dioec. ipsi card. subiectos.

[2]) Ac_2 3 f. 26': 1510 Jan. 8: Die Mercurii papa recepit ad osculum *Ludov.* card. Albien. deditque ei pileum.

[3]) AC_2 3 f. 24. — Pro Franc. commissio Toletan. (Sch. Ind. 555). — 1514 eid. revalidatur fac. confer. benef. in regnis Castellae et Legionis. — Eid. facult. erigendi mon. monial. sub invocatione s. Joan. de Poenitentia in oppido de Alcalà de Xenares (d. Toletan.) cum multis aliis gratiis. — Eid. aep. Toletan. confirmatio erectionis collegii in oppido de Alcalà ex bonis mensae aep. — Pro eod. suppressio cathedral. Oran. et facult. erigendi in civitate Oran. collegiatam et in ea abbatiam, quae principalis et in eccl. Toletan. dignitas sit.

[4]) Cf. p. 10 not. 3.

[5]) Ac_2 3 f 43: Tempore conclavis (1513 Mart. 3) *Sixtus* card. cançellarius aegrotabat. — H I 4 (23): 1513 Mart. 19: *Sixto* vicecancellario confert papa ecclesias s. Floriani de Lizana et s. Steph. de Morio (d. Trid.) eique confirmat ann. pens. ex fruct. monast. Claraevallis O. Cist. (d. Mediolanen.), cuius comm. pro bono pacis libere resignavit. — L. c. 103 (1838 seq.): Eid. quaed. benef. — L. c. 451 (7103): 1514 Mart. 6: Eid. regimen eccl. Benevent. resignanti fruct., iura et regr. concedit. — L. c. 483 (7616 seq.): 1514 Mart. 29: Eundem gubernatorem oppidi Capranicae (d. Sutrin.) loco Marci tt. s. Mar. tr. Tib. pbr. card. resignantis constituit. — Lat. 1344 f. 271: 1516 Apr. 27: Eid. praeceptor. domus s. Joan. de Truplo (d. Lucan.) in comm.

[6]) Ac_2 1 f. 1.

[7]) Ac_2 3 f. 43'.

[8]) AC_2 3 f. 28: 1511 Mart. 10: Creati sunt cardinales novem, videl. aep. Eboracen.; Ant. de Monte aep. Sipontin., cam. aplic. et rotae auditor; Petr. de Accoltis, ep. Anconitan., S. D. N. in Urbe vicar., rotae auditor; Achilles de Grassis, ep. Tiphernaten. et rotae auditor; Franciscus Argentino, ep. Concordien., S. D. N. datarius; ...; ...; [desiderantur nomina duorum cardinalium nec dubium est hoc loco Matthaeum Schinner (II, 24) et Matthaeum Lang (II, 27) inserendos esse, quorum alterum Cardella (l. c. III 346) die supradicto, alterum (i. e. Lang) separata promotione 1511 Dec. 18 creatum esse (l. c. 359) refert; quoad huius card. promot. cfr. insuper *Pastor* l. c. III, 619 et 677]; Bandinellus de Saulis, Giracen. et Oppiden. ep.; N. de Petruciis, el. Suanen.

[9]) H I 209 (3540): 1513 Jul. 7: *Christophoro*, tt. s. Prax. pbr. card. res. beneficia certi valoris in Concordien. et Vicentin. dioec. et civitatibus. — Sch. Ind. 555: Pro eod. ind. testandi.

20. **Antonius Maria (Ciochi) de Monte s. Savini**, auditor cam. aplic. et rotae, aep. Sipontin., prius ep. Civitat. Castelli = s. Vitalis 1511 Mart. 17[1]) (Papiensis vel. s. Vitalis), comendatar. tt. s. Cruc. in Hierosol., tr. ad tt. s. Prax. 1514 Jul. 14[2]), ad Albanen. 1521 Jul. 24, ad Praenestin. 1523 Dec. 18, ad Sabinen. 1524 Maii 20, ad Portuen. 1524 Jun. 15[3]), [adm. Alatrin., Papien., Ariminen., Novarien.] † in C. R. 1533 Sept. 20.

21. **Petrus de Accoltis de Aretio**, ep. Anconitan., S. D. N. in Urbe vicarius, rotae auditor = tt. s. Eusebii[4]) (Anconitanus) 1511 Mart. 17, tr. ad Albanen. 1523 Dec. 8, ad Praenest. 1524 Maii 20, ad Sabinen. 1524 Jun. 15, [adm. Gadicen., Atrebaten., Anconitan., Malleacen., Cremonen., Ravennaten.], † in C. R. 1532 Dec. 11.[5])

22. **Achilles de Grassis**, ep. Tiphernaten., auditor rotae = tt. s. Sixti[6]) (Bononiensis) 1511 Mart. 17, tr. ad tt. s. Mariae tr. Tib.[1]) 1517 Jul. 6, [ep. Bononien.], † ex. C. R. 1523 Nov. 22.

23. **Franciscus Argentino de Venetiis**, ep. Concordien., S. D. N. datarius = tt. s. Clementis (Concordiensis)[2]) 1511 Mart. 17, † ex. C. R. 1511 Aug. 23.

24. **Matthaeus Schinner**[3]), ep. Sedunen. = tt. s. Pudentianae[4]) (Sedunensis) 1511 Sept. 22, [adm. Novarien., Cathanien.], † in C. R. (expulsus Seduno) 1522 inter Sept. 30 et Oct. 1.

25. **Bandinellus de Saulis**, ep. Giracen. et Oppiden. = diac. tt. s. Adriani (Bandinellus)[5]) 1511 Mart. 17, tr. ad tt. s. Sabinae[6]) 1511 Oct. 24, ad tt. s. Mariae tr. Tib. 1516 Jul. 18, depos. a Leone X 1517 Jun. 22[7]), restitut. 1517 Jul. 31[8]), [adm. Albinganen.] † in C. R. 1518 Mart. 29.

26. **Alphonsus de Petruciis (Petrucci)**, el. Suanen. = diac. tt. s. Theodori[9]) (de Petruciis) 1511 Mart. 17, priv. a Leone X 1517 Jun. 22, [ep. Massanen.] † in C. R. 1517 Jul. 16 (al. 4).

---

[1]) Cf. H I 12 not. 3. — H I 12 (178): 1513 Mart. 19: *Antonio* papa res. priorat. s. Victoris O. S. B. (d. Cremonen.). — H I 31 (533): 1513 Mart. 19: *Antonio*, pbr. card. s. Vitalis, qui, cum esset adhuc aep. Sipontin., litem habuit cum card. Tusculan. sup. can. eccl. Salmanticen., quem resignavit, papa confirmat pens. annalem a Julio II ipsi assignatam 25 duc. ex fructib. eiusd. can. L. c. 102 (1822): Eid. pens. ann. 2000 duc.; l. c. 457 (7186): 1514 Mart. 11: Eid. in comm. p. e. s. Felicis loci de Graniano (d. Litteren.); l. c. 653 (10414): 1514 Jul. 14: Eid. in comm. 2 benef. in d. Oveten.

[2]) Sch. Ind. 555: 1514 *Antonius* legatus Perusiae. H II 160 (16853): 1515 Aug. 6: *Antonio* tt. s. Prax. pbr. card. papa literas innovat, quibus archidiaconat. Brabantiae in eccl. Leodien. aliaque beneficia ei reservavit. — L. c. 162 (16901): Eid. reservationem can. et praeb. ac adiaconat. Brabantiae et alior. benef. confirmat. — Sch. Ind. 555: 1516 id. nuncupatur protector O. Servor.

[3]) Ac_1 2 f. 156[1]: 1529 Oct. 1. Card. *de Monte* legatus deputatur in Urbe eiusque districtu.

[4]) Sch. Ind. 555: 1511 Petrus card. Anconitan. cessit scriptoriae lit. aplic. H I 102 (1822): 1513 Mart. 19: *Petro* s. Eus. pbr. card. papa conc. ann. pens. 2000 duc. L. c. 104 (1852): Eid. indult. conferendi beneficia. (1862 seq.): Eid. 2 benef. Metensiae; l. c. 143 (2439): 1513 Maii 6: Eid. in comm. beneficia in dioec. Oxomen. et Salamanticen., olim ab Antonio Gundisalvi obtenta; l. c. 265 (5354): 1513 Sept. 3: Eid. ius regr., ingr. et accedendi ad beneficia ab ipso resignata; l. c. 302 (4911 seq.): 1513 Oct. 9: Eid. quaed. benef. L. c. 334 (5366): 1513 Nov. 12: Eid. in comm. praeposituram s. Marci de Clinascho O. Humiliat. (d. Hipporegien.); l. c. 400 (6289): 1514 Jan. 13: Eid. priorat. de loco Rovani O. S. B. (d. Corosopiten.) in comm. l. c. 442 (6968): 1514 Febr. 25: Eid. conc. praepositur. domus s. Marci de Clavasio, resignanti pens. ann. sup. fruct. eiusd. L. c. 463 (7212): 1514 Mart. 17: Eid. res. fruct. can. et praeb. eccl. Cremonen. cum iure regr. L. c. 804 (13386): 1514 Dec. 22: Eid. in comm. praepositur. mensis Aprilis nuncupat. Barchinonen. et adiaconat. de Andora Urgellen. et beneficium s. Licerii de Villa (d. Barchinonen.); l. c. 805 (13407): Eid. nonnulla benef. confert. H II 92 (15484): 1515 Maii 17: Eid. res. fruct. praepositurae s. Gottardi de Modoetia O. Humiliat. (d. Mediolanen.) cum iure regr. L. c. 116 (15977 seq.): 1515 Jun. 17: Eid. in comm. p. e. s. Marci de Fautello et eccl. forsan paroch. s. Mar. de Ridicampo cum de Bara et s. Marci capellis obitu Petri Francisci Caesaris de Galeata vac. et ecclesiam olim hospitale pauperum Accurumbeni alias Columbani de Rivocanali (d. Britinorien.). Eid. in comm. can. et praeb. eccl. Adrien. ac p. e. s. Steph. de Martiana (d. Adrien.); l. c. 131 (16279): 1515 Jul. 4: Eid. in comm. monast. s. Christianae de Ribadesil in termino de Caldelas ac priorat. s. Vincentii de Palomberio O. S. B. et O. Clun. (d. Aurien. et Lucen.); l. c. (16496): Jul. 16: Rodericum Osorium comitem de Lemos hortatur, ut possessionem eius pacificam efficiat; l. c. 183: 1515 Sept. 4: Eid. in comm. praepositur. domus s. Abundii Cremonen. O. Humiliat. — Sch. Ind. 555: 1518 Jun. 20 Petr. card. a rege Galliae nom. ad benef. duc. Mediolani.

[5]) Ac 3 f. 51: 1532 Dec. 16 (Bononiae). Pontifex. refert mortem card. *Anconitani.*

[6]) AC_2 3 f. 36: 1512 Jul. 16: Achilles card. Bononien. de Grassis discessit ab Urbe et ivit Bononiam. — H I 102 seq. (1827): 1513 Mart. 19 eid. conc. papa pens. 135 duc. sup. fruct. monast. s. Steph. Bononien. O. S. B.; (1863 seq.): Eid. res. quaed. benef. in dominio Venetor. L. c. 346 (5527): 1513 Nov. 28: Eid. in comm. can. et praeb. eccl. Paduan.

[1]) Ac_1 1 f. 75': 1518 Dec. 1 adscriptus est deputationi cardinalium pro negotiis arduis.

[2]) Sch. Ind. 555: Pro Franc. card. Concordien. monast. Urbis per obitum (Reg. Lat. Jul. II. t. 14 p. 58 seq.).

[3]) Cf. pag. 11 col. 2 not. 8. Lacunis inter cardinales novos sine dubio card. Sedunensis et Gurcensis (Matthaeus Lang) inserendi sunt, de quorum electione aliae notitiae plane mihi desunt (Gulik).

[4]) H I 10 (148): 1513 Mart. 19: *Matthaeo Schinner*, tt. s. Pudentianae pbr. card., papa confirmat Julii II decretum, quo ei addixerat fructus praepositurae B. M. V. de Cressenzago O. S. A. dioec. Mediolanen., Federico card. s. Angeli (ante depositionem) commendatae; l. c. 169 (2912): 1513 Maii 30: Eid. res. quaed. benef. — H II 166 (16976): 1515 Aug. 13: *Matthaeus*, pbr. card. Sedunen., apl. Sedis *legatus ad exercitum* nominatur. — Ac_1 1 f. 68: 1518 Aug. 23: S. D. N. tribus literis Caesareae Maiestati commendat card. *Sedunen.* in ea causa, quam habet contra Vallesianos.

[5]) Sch. Ind. 555: 1511 *Bandinellus* cessit officio abbrev. minut. pariter et off. script. lit. aplic.

[6]) H I 102 (1822): 1513 Mart. 19: *Bandinello*, s. Sab. pbr. card., papa conc. ann. pens. 2000 duc. L. c. 104 (1858): Eid. pens. ann. 500 duc. sup. mensa ep. Milevetan. confirmat.; l. c. 240 (4005): 1513 Aug. 7: Eid. pens. ann. et regr. ad alia benef. L. c. 250 (4160): 1513 Aug. 19: Eid. res. can. et praeb. ac praepositur. eccl. Montisregal. L. c. 527 (8410): 1514 Maii 2: Eid. p. e. s. Mar. de Roncade (d. Vincentin.); l. c. 715 (11580): 1514 Sept. 11: Eid. pens. sup. fruct. priorat. s. Mar. Asten. O. Crucifer. L. c. 717 (11608): Eid. conc. indult. circa visitationem intra limites eccl. Albinganen. L. c. II 164 (16919): 1515 Aug. 11: Eid. in comm. can. et praeb. atque adiaconat. de Saldanna eccl. Legionen. ad vitam; alia benef. ad 6 menses.

[7]) Ac_1 1 f. 6: 1518 Apr. 20: Pensio 4000 duc. sup. fruct. quorund. monast. Bandinello decedente ad eius fratrem germanum, nomine Stephanum, transfertur.

[8]) Ac_1 1 f. 25[1]: 1517 Jul. 31: Card. Bandinellum papa restituit. sed non ad vocem activ. et passivam.

[9]) H I 4 (28): 1513 Mart. 29: *Alphonso* papa reservat decanat. Oveten., abbatiam s. Marthae Asturicen., adiaconat. de Madrid et omnia benef., quae mag. Petr. de Solis, dec. Oveten., abb. s. Marthae etc. ad praesens obtinet; l. c. 102 (1822): Eid. conc. ann. pens. 2000 duc. L. c. 104 (1853): Eid. indult. conferendi beneficia; l. c. 374 (5893): 1513 Dec. 21: Eid. conc. can. et praeb. eccl. Salmant. et p. e. de Spina de Lomada et aliud benef. L. c. 441 (6948): 1514 Febr. 23: Eid. in comm. archipresbyterat. terrae Gangi (d. Messanen.) et quaed. alia benef.; l. c. 498 (7860): 1514 Apr. 7: Eid. p. e. s. Joan. Bapt. Tervisin. et capellaniam ad altare s. Luciae in basilica principis apostolor. de Urbe reservat commendandas.

g) *in septima promotione 1512 Nov. 19 habita.*

27. **Matthaeus Lang de Wellenburg**, el. Gurcen. = tt. s. Angeli in foro piscium (Salzeburgensis vel Gurcensis)[1]) ante 1514 Mart. 22, tr. ad Albanen. 1535 Febr. 26, [aep. Salzeburgen.], † ex. C. R. 1540 Mart. 30.

[1]) H I 367: 1513 Dec. 17: *Card. Gurcensis* ordinatur a papa in capella secreta. — L. c. 477 (7507): 1514 Mart. 22: *Matthaeo*, tt. s. Angeli diac. card., papa comm. can. et praeb. eccl. Herbipolen. L. c. 511 (8090 seq.): 1514 Apr. 22: Eid. conc. regr. ad cellerariam eccl. Augusten. ab ipso resignatam; l. c. 513 (8114): 1514 Apr. 23: Eid. in comm. monast. B. Mar. in Victoria O. Cist. (d. Salzeburgen.) ob. Joan. abb. vac. L. c. 727 (11786 seq.): 1514 Sept. 17: Eid. ius regr. ad praeceptoriam domus s. Ant. oppidi Memmingen O. S. A. (d. Augusten.), quam resignat; l. c. 731 (11851): 1514 Sept. 22: Eid. regr. ad p. e. s. Steph. in Gars (alias Egemburg) d. Patavien. ab ipso resignatam. — Sch. Ind. 555: Pro eod. ind. consecrandi antistites.

III. Leo X.

antea Joannes de Medicis, diac. card. tt. s. Mariae in Domnica (I, 11)[1]), Romae electus[2]) die 9 et coronatus[3]) die 19 Martii 1513, obiit 1521 Dec. 1[4]).

S. R. E. cardinales ab ipso creati.

a) *in prima promotione 1513 Sept. 23 habita.*[5])

1. **Laurentius Pucius** (Pucci), ep. Melfien. = tt. ss. IV Coronatorum[6]) (ss. IV) 1513 Sept. 29, tr. ad Albanen. 1524 Jun. 15, ad Praenestin. Jul. 24, poenitentiarius maior, [adm. Amalfitan., Veneten., Pistorien., Montisflaconen.], † in C. R. 1531 Sept. 16.

[1]) H I 1: 1475 Dec. 11 natus Leo X (Joannes Medices) secundogenitus Laurentii Magnifici Florentiae; 1482 prima tonsura initiatus; 1483/84 a Ludovico XI rege christianissimo et Sixto pp. IV abbatiis Fontis dulcis et Passiniani donatus aliisque beneficiis auctus est. — E II 22 not. 2: 1487 Mart. 14 adhuc puer, sed iam clericus Florentinus, mon. Cassinense O. S. B. vac. per ob. Joan. card. de Aragonia, 1488 Sept. 24 mon. de Cultubono O. Vallisumbr. (d. Fesulan.) vac. per ob. ultimi abbatis, 1489 Maii 25 mon. ss. Justi et Clem. Vulteran. O. Camald. in comm. obtinuit, 1491 Jul. 8 mon. Casaedei O. S. B. (d. Claromonten.) resignat. — H I 1: 1489—91 Pisis theologiae et iuri can. operam navavit, praesertim sub Philippo Decio et Bartholomaeo Sozzinio. (Castissime superatam adolescentiam, iuventutem actam gravissime atque sanctissime in eo laudat Gregorius Cortesius). 1489 Mart. 7: Joan. card. Andegavensis Laurentio Medices nuntiat hoc die filium eius Joannem ab Innocentio VIII creatum esse card. diaconum; 3 tamen annis cardinalitiis insigniis nondum potitus, optime educatus et eruditus ab Angelo Politiano aliisque viris doctis et in negotiis adiutus a Bernardo Dovizzi, nominato Bibiena (III, 3). 1492 Mart. 9: In mon. Fesulano assumit vestes cardinalitias et die XII. Florentia profectus venit Passinianum. Die XVI° Senis ad s. Quiricum pergit, inde XVII° ad Aquampendentem pervenit, postea XVIII° Viterbium. Inde XIX° petit Braccianum, Ursinorum oppidum; XXII° Urbem ingreditur. 1492 Apr. 19 Florentiam venit, sed nuntio de Innocentii VIII morbo allato die 25. Jul. Romam regreditur, in itinere de papae morte edoctus. Peractis exequiis pro Innocentio VIII conclave ingreditur; sed mox electo Alexandro VI Florentiam se recipit, ubi morabatur usque ad suae familiae expulsionem. 1494: Cum suis Florentia discedit, Tiphernatem ad Vitellios digreditur. 1495—99 (ca.): Per varias Italiae, Germaniae et Galliae civitates una cum Julio consobrino suo et aliis iter facit et ao. 1500 Romam revertitur. L. c. 2: Nominatus legatus Bononiae et pro exercitu S. confoederationis; 1512 Apr. 11: Apud Ravennam captus Mediolanum deducitur. Jam in Galliam deportandus apud Padum a populo liberatus Mantuam pervenit et Florentiam revertitur; l. c. 2: 1513 Mart. 6 Julio II vita functo Florentia Romam venit ad conclave.

[2]) Ac_2 3 f. 43' seq.: 1513 Mart. 4 Cardinales numero 27 (de facto 25, quia unus absens et alter bis numeratus est) ingressi sunt conclave, videl.: Card. s. Georgii ep. Ostien., camerarius (I, 6), D. card. de Grimanis (I, 17), Jac. card. Arboren. (I, 28), F. card. Vulteraneus (I, 39), M. card. Senogalliensis (II, 5), N. (Philippus ep. Tusculan. (I, 23), quod nomen deest) absens, T. card. Strigonien. (I, 34), F. card. de Remolinis Surrentin. (I, 38), N. card. de Flisco (I, 41), Hadrianus card. Bathonien. (I, 43) (intravit hora II. noctis iam clauso conclavi); Robertus card. Nanneten. (II, 6), L. card. Agenen. poenitentiarius (II, 7), Car. card. de Finario (II, 12, bis), S. card. s. Petri ad vinc., vicecancellarius (II, 18), C. card. Eboracen. (II, 19), Ant. card. s. Vitalis (II, 20), Petr. card. Anconitan. (II, 21), Achilles card. Bononien. (II, 22), B. card. de Saulis (II, 25), Matthaeus card. Sedunen. (II, 24), presbyteri, Joan. card. de Medicis (I, 11), Alexander card. de Farnesio (I, 18), Aloysius card. de Aragonia (I, 21), Marcus card. de Cornario (I, 35), Sigismundus card. Mantuan. (II, 13), Alph. card. de Petruciis (II, 27) diaconi. — AC_2 3 f. 44: 1513 Mart. 9 die Veneris hora I. noctis Joannes card. de Medicis pontifex creatus nomen assumpsit Leonis X et adagium ex Ps. XIX: „Ad Dominum cum tribularer clamavi et exaudivit me"; die XI. Martii publicatus pontifex renuntiatur (cf. H I 2). Mart 15: Ordinatur pbr.; Mart. 17: Consecratur ep.

[3]) AC_2 3 f. 44 (H I 3): 1513 Mart. 19: Die lunae Romae Leo X solemniter coronatur ab Alexandro card. Farnesio. — 1513 Apr. 11: Ivit ad Lateranum cum solita pompa. L. c. f. 49: 1513 Maii 17 sessio VII concilii Lateranen. et intimatur alia pro die XV Nov. proxime futuro. H I 195: 1513 Jun. 24 festo s. Joan. Bapt. (nomen S. D. N.) ipse voluit in hac solemnitate audire vesperas et missam in capella maiori. AC_2 3 f. 52: 1513 Oct. 12 ivit Mallianum et inde Ostiam et postea ad Civitatem Vetulam. f. 52': 1513 Dec. 19 VIII sessio conc. Lateranen. (Lectum fuit mandatum regis christianissimi de acceptando conc. Lat. tamquam verum et abnegando Pisanum). H I 490 (7723): 1514 Apr. 1 cardinalium fratres et nepotes pro concessis ecclesiis, metropolitanis, cathedralibus et monasteriis etiam consistorialibus et aliis beneficis annatas pontifici et sacro collegio debitas solvere non teneri papa decernit. AC_2 3 f. 52': 1514 Maii 5 sessio IX conc. Lat., cui papa praesidet (H I 532). Proxima sessio prorogatur ad diem 1. Dec. (L. c. 533 n. 8496). AC_2 3 f. 53: 1514 die sabbati Maii 7 Papa ivit Mallianum et rediit die XIV. Maii. H II 208: 1515 Oct. 1 ab Urbe discessit versus Viterbium et Montem Faliscorum ac Tuscanellam et Centum Cellas sive Civitatem Vetulam. AC_2 3 f. 66': 1521 Nov. 24: Leoni X in villa Malliani moranti nuntiatus est cum nova victoria ingressus card. Medices, vicecancellarii, in urbem Mediolanen. Nov. 25: Papa redit ab Urbem. Sch. Ind. 555: Breve S. S. ad ducem Maronitarum: Gaudet, quod Maronitae adhuc servant praecepta orthodoxae fidei eis tradita a Petro s. Marcelli card., legato Innoc. III.

[4]) AC_2 3 f. 66 et AC_1 1 f. 183': 1521 Nov. 26 coepit aegre se habere. Dec. 1 (die dominica): Nocte praecedenti hora VII^a noctis Leo X mortuus est febre tertiana dupli non sine suspicione veneni propinati a suis cubiculariis carissimis, quos S. S. extulerat, anno pontif. IX°.

[5]) H I 283: 1513 Sept. 23. Praesentibus in consistorio viginti cardinalibus quatuor novos cardinales creat: 1. Laurentium Pucium Florentin., datarium (AC_2 3 f. 29: Ao. 1511 erat clericus cam. aplic.); 2. Julium de Medicis consobrinum suum; 3. Bernardum de Bibiena thesaurarium generalem; 4. Innocentium Cibo suum ex Magdalena sorore nepotem. Eosdem enumerant AC_2 3 f. 52; sed additum legis ad 1: ep. Melfien., ad 2: aep. Florentin., ad 4: protonot. aplic. — H I 291: 1513 Sept. 29: Consistorium, in quo novis cardinalibus os claudit et titulos assignat: L. Pucio tt. ss. IV Coronat., Jul. de Medicis diaconiam s. Mar. in Domnica, B. de Bibiena diac. s. Mar. in Porticu, J. Cibo diac. ss. Cosmae et Dam. L. c. 367: 1513 Dec. 17 Sabbato IV temporum papa ordinat tres novitios cardinales (praeter Puccium, quem die 13 Dec. in episcopum consecravit, cfr. H I, 361) una cum Gurcensi in capella secreta.

[6]) H I, 332 (5339): 1513 Nov. 9 *Laurentio* tt. ss. IV papa conc. ann. pens. 500 duc. L. c. 335 (5367): Eid. quaed. alia benef. et parochiales eccl. L. c. 488 (7694): 1514 Mart. 31 eid. ius regr. seu

2. **Julius de Medicis**, frater S. S., aep. Florentin., prius Ebredunen. = diac. tt. s. Mar. in Domnica[1]) (de Medicis) 1513 Sept. 29, S. R. E. vicecancellarius[2]), tr. tamquam pbr. card. ad tt. s. Clem. 1517 Jun. 26, ad tt. s. Laur. in Dam.[3]) 1517 Jul. 6, [ep. Albien., Albinganen., Asculan., Bononien., Vigornien., adm. Narbonen., Agrien.], ass. ad Pontif., nominatus Clemens pp. VII, 1523 Nov. 19.
3. **Bernardus Dovizius de Bibiena** (Dovizi), thesaurarius gen. = diac. tt. s. Mar. in Porticu[4]) (Bibiena) 1513 Sept. 29, [adm. Constantien.], † in C. R. 1520 Nov. 1.
4. **Innocentius Cibo**, nepos S. S., protonot. aplic. = diac. tt. ss. Cosmae et Damiani[1]) (de Cibo) 1513 Sept. 29, tr. ad tt. s. Mar. in Domn.[2]) 1517 Jun. 26, ad tt. s. Mar. in Via lata 1550 Febr. 28[3]), [adm. Taurinen., Marsilien., Alerien., s. Andreae, Marianen., Messanen.], camerarius S. R. E., † in C. R. 1550 Apr. 14.

b) *in secunda promotione 1515 Sept. 10 habita.*)

5. **Thomas Wolsey**, aep. Eboracen., prius ep. Lincolnien. = tt. s. Caeciliae[5]) (Eboracensis) 1515 paulo post Sept. 10, [adm. Bathonien., Dunelmen], † ex. C. R. 1530 Nov. 29.

c) *in tertia promotione 1515 Dec. 14 habita.*[6])

6. **Adrianus Gouffier de Boissy**, ep. Constantien., dein aep. Albien. = tt. ss. Marcellini et Petri (Constantiensis)[7]) 1515 Dec. 14, tr. ad tt. s. Balbinae[8]) paulo post 1517 Nov. 8, [adm. Albien.] † ex. C. R. 1520 Nov. 9.[9])

d) *in quarta promotione 1517 Apr. 1 habita.*[10])

7. **Antonius Bohier de Prat O. S. B.**, aep. Bituricen. = tt. s. Anastasiae (Bituricensis)[11]) 1517 Maii 25, † ex. C. R. 1519 Nov. 27.
8. **Jacobus de Croy**, el. Cameracen. = tt. s. Mariae in Aquiro (Cameracensis vel de Croy) 1517 Maii 25, [adm. Toletan.], † ex. C. R. 1521 Jan. 6.

---

accedendi ad cantoriam Capistelleni nuncupat. eccl. Toletan. confirmat. L. c. 529 (8443): 1514 Maii 3 eid. omnes fruct. res. p. e. de Noyal (d. Veneten.). L. c. 556 (8855): 1514 Maii 17 eid. in comm. can. et praeb. eccl. Cusentin. et p. e. s. Steph. de Mangono eiusd. dioec. et quaed. alia benef. L. c. 584 (9251): 1514 Jun. 1 eid. in comm. can. et praeb. eccl. Cameracen. alias unitos can. et praebendae eccl. Florentin. ab ipso resignatis. L. c. 630 (10004): 1514 Jun. 28 eid. conc. fruct. cantoriae eccl. Toletan. ab ipso resignatae et ius regr. L. c. 661 (10563): 1514 Jul. 25 eid. in comm. beneficium in p. e. de Aromez (d. Pampelonen.). H II 66 (14917): 1515 Apr. 10 eid. cum iure accessus res. fructus priorat. s. Michaelis O. S. B. (d. Veneten.). L. c. 119 (16048): 1515 Jun. 20 eid. cimiliarchatum (i. e. thesauri et cimeliorum custodiam), qui inibi dignitas maior existit, et can. ac praeb. eccl. Neapolitan. ob. Federici de Constansa (al. de Constantino) vac. confert. — Sch. Ind. 555: 1514 *Laur.* card. *Pucius* tamquam protector rebus Poloniae praeficitur. — 1517 Nov. 7 eid. conc. ind. ad beneficia.

[8]) AC₁ 6 f. 125'. — f. 126: 1552 Jun. 3 S. S. *card. Piginum* recepit ad pedes etc. — f. 126': Jun. 27 eidem os clausum est.

d) *in quarta promotione 1553 Dec. 22 habita*[1]).

17. **Petrus Tagliavia de Aragonia**, aep. Panormitan., prius ep. Agrigentin. = tt. s. Calixti[2]) (Panormitanus) 1555 Jul. 17, † ex. C. R. 1558 Aug. 5.

18. **Ludovicus a Lotharingia de Guisa**, ep. Albien., prius Trecen. = diac. tt. s. Thomae in Par. (de Guisa vel Senonensis)[3]) 1555 Iul. 17, [ep. Meten., adm. Albien., Senonen.], † ex. C. R. 1578 Apr.[4])

19. **Robertus de Nobilibus** (de' Nobili), nepos S. S., clericus Aretin. = diac. tt. s. Mariae in Domnica[5]) (de Nobilibus) 1555 Febr. 6, † in C. R. 1559 Jan. 18.

20. **Hieronymus de Simoncellis**, clericus Urbevetan. = diac. tt. ss. Cosm. et Dam.[6]) (de Simoncellis) 1554 Dec. 5, tr. ad tt. s. Priscae 1588 Jan. 15, tr. ad Portuen. 1598 Maii 30, † in C. R. 1605[7]).

[1]) AC₁ 6 f. 182': 1553 Dec. 22 novi creati sunt cardinales quattuor: Petrus de Aragonia aep. Panormitan. presb. card., Ludovicus a Lotharingia de Guisa epus. Albien., Robertus de Nobilibus de monte Politiano clericus Aretin., in XIII⁰ anno constitutus, Hieronymus de Simoncellis cler. Urbevetan., diaconi. — f. f. 195': 1554 Junii 25 in consistorio vota data sunt pro dandis pileis ad lib. rev^mis Panormitano, de Simoncellis et de Nobilibus.

[2]) Barb. lat. 2873 f. 141 seq.: 1555 Maii 26: Os apertum est *Panormitano et de Guisa.* — AC' 6 f. 239' et 241 eisdem os clausum et apertum esse referunt ad 1555 Maii 29.

[3]) *Cardella* l. c. IV 336 Ludovicum diaconum card. fuisse s. Nicolai in Carc. Tull. scribit. Quod vero actis consist. minime comprobatur, cum eam diaconiam 1552 Mart. 9 Jacobo card. de Sabellis datam esse constet, qui inde 1558 Dec. 16 transl. est ad tt. s. Mariae in Cosm. — AC₁ 6 f. 186: 1554 Mart. 30 *Ludovico* missus est pileus rubeus. — Cf. p. 31 not. 7. — AC 10 f. 10: 1568 Mart. 24 card. de Guisa absens transfertur ex ord. diac. ad pbr.

[4]) AC 10 f. 260: 1578 Apr. (dies desideratur) in Gallia diem supremum clausit *Ludovicus Lotharingus*, pbr. card. de Guisa, Caroli olim card. frater et ep. Meten., cr. a Julio III 1553 Dec. 22.

[5]) AC₁ 6 f. 218: 1554 Dec. 12 cardinali de Nobilibus os clausum et pileus datus est. — f. 222: Febr. 6 eidem, S. S. ex sorore nepoti, in XIV. anno constituto, os apertum et tt. assignatus est s. Mariae in Domnica.

[6]) AC₁ 6 f. 216: 1554 Nov. 26 card. *de Simoncellis* admissus eique os clausum est. — f. 217: 1554 Dec. 5 eidem os apertum et tt. ss. Cosmae et Dam. assignatus est. — AC 10 f. 125: 1573 Jan. 9 *card. Simoncello* per fabas conceditur gratia participandi in absentia de distributionibus pilei, perinde ac si praesens esset in curia.

[7]) *Cardella* l. c. IV 336 seq.

VIII. Marcellus II.

antea Marcellus Cervini, pbr. card. tt. s. Crucis in Jerus. (VI, 33), electus[1]) Romae 1555 Apr. 9, public. Apr. 10, coronatus eod. die, † 1555 Apr. 30.

[1]) AC₁ 6 f. 229': 1555 Mart. 30 (sede vac.) factus est contractus cum mercatoribus de 47000 scutis pro necessitatibus praesentibus et hypothecatum est illis Regnum seu Tiara summi pontificis; revocatus est ca. Apr. 1, quia in dubium erat vocatus ob defectum assignamenti. — f. 231: 1555 Apr. 2 distributio cellularum pro conclavi per mag. ceremon. d. Joan. Franciscum. — f. 232: Ingressus in conclave constituitur ad diem V. Apr. — f. 233: Apr. 5 factus est ingressus in conclave ca. hor. XXIV compluribus expulsis, qui ibi confuse remanserant, quod deinde fuit clausum. — f. 234: 1555 Apr. 9 hor. XXIII *Marcellus* tt. s. Crucis in Jerus. pbr. card. creatus est pontifex et nomen assumpsit Marcellus II. Publicatus die X Apr. statim ad s. Petrum ductus, nullis ceremoniis adhibitis coronatus est a card. de Bellayo (VI, 7), decano i. e. Joanne Petro Carafa (VI, 10) absente. — f. 234': Apr. 30 *Marcellus* antea infirmus hora XXIII graviore infirmitate correptus amisit loquelam et nocte sequenti hora VII obiit. Et „in suo pontificatu vixit per XXII dies tantum, dico per viginti duos dies". — f. 236': Maii 5 inceptae exequiae Marcelli pp. II finitae sunt die XIV.

IX. Paulus IV.

antea Joannes Petrus Carafa, ep. Ostien. (VI, 10), electus[1]) Romae 1555 Maii 23, public.[2]) eod. die, coronatus[3]) Mai 26, † 1559 Aug. 18[4]).

S. R. E. cardinales ab ipso creati.

a) *in prima promotione 1555 Jun. 7 habita.*[5])

1. **Carolus Carafa, nepos S. S., clericus Romanus = diac. tt. ss. Viti et Modesti**[6]) **(Carafa) 1555 Aug. 23, tr. ad tt. s. Nic. in Carc.**[7]) **1560 Jan. 31, [adm. Convenarum], † in C. R. (depositus et privatus) 1561 Mart. 4**[8]).

b) *in secunda promotione 1555 Dec. 20 habita.*[9])

2. **Joannes Martinez Silicensis (Siliceos), aep. Toletan., prius ep. Carthaginen. = tt. ss. Nerei et Ach. (Toletanus) 1556 Febr. 1, † ex. C. R. 1557 Maii 31.**

---

[1]) AC_1 6 f. 237: 1555 Maii 15 cardinales ingressi sunt conclave.

[2]) f. 238: 1555 Maii 23 in ascensione D. N. J. Chr., hora XX[a] public. fuit pontifex card. *Joannes Petrus* ep. Ostien. et nomen accepit *Paulus IV;* portatus est ad summum altare et reportatus ad palatium.

[3]) AC_1 6 f. 238' et Barb. lat. 2873 S. D. N. Paulus pp. IV delatus ad s. Petrum in capella s. Andreae iuramentum praestitit, ad capellam s. Petri missam celebravit et hora XVII[a] in curritorio super scalas s. Petri coronatus est.

[4]) AC 9 f. 8: 1559 die Veneris Aug. 18 hora XXI et media Paulus pp. IV diem extremum clausit. *Quaedam adnotationes et decreta Pauli pp. IV ex actis consist. deprompta.* Barb. lat. 2873 f. 141': 1555 Maii 26 S. D. N., ut personae ecclesiasticae absque alicuius simoniae aut ambitionis suspicione ad ecclesiarum et monasteriorum regimina promoveri valeant, statuit, quod in futurum ecclesiis ac monasteriis, de quibus consistorialiter disponi contigerit, non ad personarum promovendarum requisitionem, supplicationem aut instantiam, sed iis (ecclesiis), quae de iure patronatus fuerint, ad huiusmodi negotium in consistorio proponentis, aliis vero ecclesiis seu monasteriis ad solius cardinalis proponentis relationem dumtaxat provideri debeat. — L. c. f. 142 (eod. die): statuit, ut de cetero in provisione seu alia dispositione ecclesiarum cathedralium non dispensetur super defectu aetatis nisi iuxta decreta concilii Lateranen. novissime celebrati et concordata Galliae desuper cum sede apostolica inita. (AC_1 6 f. 250, hoc decretum relatum est ad 1555 Jul. 17). — Barb. lat. 2873 f. 143 seq.: 1555 Maii 26 S. D. N. attendens, quod ex ipsorum monasteriorum *commendis* dicta monasteria graviter laeduntur, statuit, ut prius in futurum in consistorio referatur (si de monasterio quodam providere contigerit) de illius priore commenda et, quae commendari non consueverint, ulterius non commendentur, sed illis de personis idoneis provideatur. — AC_1 6 f. 257: 1555 Aug. 30 pontifex omnes praeter Avinionensem, quae perpetua existit, legationes revocat status ecclesiastici. — AC_1 7 f. 19: 1556 Maii 4 decretum fuit, quod in futurum non concedentur regressus seu accessus nisi cardinalibus, quibus ad omnia concedentur, et quod nemini reservetur collatio beneficiorum, etiam ex causa resignationis, nisi cardinalibus. (AC_1 6 f. 271' seq. hoc decretum relatum est ad 1555 Dec. 4). — AC_1 7 f. 24': 1556 Jun. 12 S. D. N. revocavit omnes gratias datas cardinalibus absentibus ab Urbe, ut sic absentes non possent optare titulos vacantes vel dimissos nec participare de proventibus pilei, et non intendit in futurum quoad praemissa facere gratiam praeter quoad legatos a latere ex causa reipublicae absentes ab Urbe (vide l. c. f. 24 seqq.). — AC_1 7 f. 34': 1556 Jul. 6 decrevit, quod presbyteri cardinales infra tres menses consecrari teneantur. — L. c. f. 45' seq.: 1556 Aug. 21 decretum de revocatione omnium accessuum extra consistorium concessorum et intimatione regressuum tam beneficiorum consistorialium quam non consistor. a praesentibus in curia infra XV dies, pro in Italia existentibus infra unum, pro aliis infra tres menses facienda. Qui terminus XV dierum datus cardinalibus ad intimandum regressus ad alios XV dies extenditur in consistorio 1556 Sept. 4 habito. — AC_1 7 f. 60 seq.: 1557 Jan. 23 pontifex audientiam publicam instituit in aula regum, in qua quilibet conqueri posset de iniustitia sibi facta, astantibus sibi cardinalibus et ad hoc deputatis. — L. c. f. 70: 1557 April. 9 pontifex revocavit omnes legatos sive de latere sive missos et nuntios et ministros, collectores et subcollectores, qui sunt in partibus regum Philippi de Austria et Caroli imperatoris eius patris, et in specie card. *Polum* (VI, 17), legatum de lat. in Anglia, et similiter nuntium et collectores Hispaniae et Neapolis. — L. c. eod. die decrevit in futurum cardinales non debere transire per saltum de ordine ad ordinem sine licentia S. S. nec optare posse ad finem istius saltus. (Cf. p. 36 not. 4 ad 1560 Jan. 19). — AC_1 f. 82: 1557 Jun. 21 graviter improbans abusum factum pontifex ordinavit, ne de cetero pro postulatione seu susceptione pallii aliquid daretur vel exigi posset. — L. c. f. 92 seq.: 1557 Oct. 1 S. S. decrevit, ut de cetero quaevis monasteria de titulo in commendam etiam cardinalibus nullo pacto darentur neve in consistorio proponerentur. — L. c. f. 99 seqq.: 1557 Dec. 3 pontifex ordinavit, ut cardinales pluralitatem regressuum habentes ad ecclesias paesentes in curia intra XV dies, existentes in Italia intra unum mensem, alii intra duos menses eligerent unum regressum ad unam ecclesiam, annullans omnes alios regressus. — f. 100 seq. (eod. die) decrevit, ut ecclesiae, de quarum expeditione ageretur, in uno consistorio proponerentur, in alio expedirentur (cf. p. 36 ad 1560 Jan. 19). — L. c. f. 101: 1557 Dec. 3 deputavit cardinalem Pacecum (VI, 61), Medicis (VI, 69), Saracenum (VII, 5), Puteum (VII, 8), Reomanum IX, 6), Capisuccum (IX, 8) et Vicarium (IX, 12) ad audiendos eos, qui in publica audientia non potuerunt audiri. — L. c. f. 132 seq.: 1558 Nov. 28 S. S. officium auditoratus camerae assumpsit in collegio cardinalium et ad illud deputavit card. Neapolitanum (IX, 16). — Similiter et officium vicariatus Urbis reduxit in collegium card., ad quod deputavit card. Virgilium (IX, 12). — L. c. f. 133' eod. die decrevit, ut pro pallio nil recipiatur sub poena excommunicationis latae sent. — L. c. f. 134 seq.: 1558 Dec. 14 officium inquisitionis introduxit in collegium card. et ad hoc deputavit card. Alexandrinum (IX, 14) summum inquisitorem, cuius officium etiam sede vacante non cessaret. Qui iuramentum fecit 1558 Dec. 16. — AC 9 f. 4': 1559 Maii 12 *Franciscus Somnius*, can. Traiecten., sacr. litterarum professor, a Philippo rege catholico missus exposuit desiderium regis super erigendis nonnullis ecclesiis cathedralibus in Flandria ex collegiatis vel monasteriis et certis ex iam exstantibus. Res diu tractata est. — L. c. f. 5': 1559 Aug. 2 papa gravibus verbis mandavit omnibus cardinalibus, quibus aliquae causae commissae fuissent vel committerentur, ne auderent alicui partium favere.

[5]) AC_1 6 f. 244':1 555 Jun. 7 S. S. card. creavit *Carolum Carafa* unum nepotem.

[6]) L. c. f. 253': 1555 Jul. 17 os clausum et Aug. 23 os apertum et tt. assignatus est ss. Viti et Mod. diacono card. Carafae. — f. 257: 1555 Aug. 30 legatus Bononiae deputatur. — AC_1 7 f. 23': 1556 Maii 11 *Carolo* diac. card. *Carafae* leg. ad reg. christianissimum crux data est. — AC_1 7 f. 55: 1556 Dec. 20 idem legatus de lat. deputatur pro regionibus Italiae, ad quas eum declinare contigerit, et ad quoscunque principes profecturus esset. — AC_1 7 f. 95: 1557 Oct. 6 eidem crux datur legato ad Philippum regem Hispaniarum.

[7]) AC 9 f. 22': 1560 Jun. 7 antequam papa descenderet ad consistorium, vocati fuerunt eius iussu *Carolus card. Carafa*, nepos, et *Alphonsus Neapolitanus* (IX, 16), pronepos papae Pauli IV, et incarcerati sunt in arce s. Angeli. — AC_1 8 f. 38: in eodem consist. papa de captura eorum cardinalium verba fecit. — AC_1 f. 38': 1560 Jun. 19 deputati sunt super examine duorum cardinalium in carcere s. Angeli detentorum cardinales de Cesis (VI, 56), de la Cueva (VII, 50), Saracenus (VII, 5), Puteus (VII, 8), s. Clementis (VII, 13), Senonensis (VII, 18), Urbinatensis (VI, 66) et Cornelius (VII, 15).

[8]) Cf. *Cardella* l. c. IV 341. — AC_1 8 f. 67': 1561 Jan. 15 procurator fiscalis supplicat, ut pontifex procederet in causa card. *Carafae*, detenti in arce s. Angeli. — AC 9 f. 38: 1561 Mart. 3 recitatur processus contra eundem card. ab hora XVII ad XXIV et lata est sententia. (AC_1 8 f. 75'). — AC 9 f. 171': 1567 Sept. 26 revisio causae et processus criminalis alias contra bon. mem. *Carolum card. Carafam* agitati et facti per R. D. Baldum Ferratinum, almae Urbis gubernatorem.

[9]) AC_1 6 f. 280 seq.: 1555 Dec. 20 in consistorio secreto novi creati sunt cardinales: Joannes Martinez Silicensis aep. Toletan., Bernardinus Scottus aep. Tranen., Diomedes Carafa ep. Arianen.,

3. **Bernardinus Scottus** (Scotti), O. Theatin., aep. Tranen. = tt. s. Matthaei (Tranensis) 1556 Jan. 13, [ep. Placentin.], † in C. R. 1568 Dec. 11[1]).

4. **Diomedes Carafa**, ep. Arianen. = tt. s. Mart. in Mont. (Arianensis vel Carafa) 1556 Jan. 13, † in C. R. 1560 Aug. 12[2]).

5. **Scipio Rebiba**, ep. Motulen. = tt. s. Pudentianae[3]) (Pisanus vel Motulensis) 1556 Jan. 24, tr. ad tt. s. Anastasiae 1565 Febr. 7, ad tt. s. Angeli 1566 Oct. 7, ad tt. s. Mariae tr. Tib. 1570 Jul. 3, ad Albanen. 1573 Apr. 8, ad Sabinen. 1574 Maii 5, [aep. Pisan.], praesidens officii s. inquisitionis, † in C. R. 1577 Jul. 23[4]).

6. **Joannes Suarius Reomanus**, ep. Mirapicen. = tt. s. Joan. a. Port. lat.[5]) (Reomanus) 1556 Jan. 13, tr. ad tt. s. Priscae[6]) 1560 Apr. 26, † in C. R. 1566 Apr. 29[7]).

7. **Joannes Gropperus**, decanus eccl. Colonien., adiac. Bonnen. = tt. s. Luciae in Silice (Gropperus) 1566 Jan. 13, sed dignitatem usque ad mortem recusavit[8]), † in C. R. 1559 Mart. 13.

8. **Joannes Antonius Capisuccus** (Capizucchi), causarum pal. aplic. auditor = tt. s. Pancr. (Capisuccus)[9]) 1556 Jan. 13, tr. ad tt. s. Crucis in Jerus. 1562 Jul. 6, ad tt. s. Clem. 1565 Nov. 7, [ep. Lauden.], † in C. R. 1569 Jan. 28[10]).

c) *in tertia promotione 1557 Mart. 15 habita*[1]).

9. **Thaddaeus de Gaddis**, aep. Cusentin. = tt. s. Silvestri in Cap. (de Gaddis) 1557 Mart. 24, † ex. C. R. 1561 Dec. 22[2]).

10. **Antonius de Trivultiis** (Trivulzio), ep. Tolonen. = tt. ss. Joan. et Pauli (Trivultius vel Tolonensis)[3]) 1557 Oct. 11, † ex. C. R. 1559 Jun. (ad finem)[4]).

11. **Laurentius Strozzius**, ep. Bitteren. = tt. s. Balbinae[5]) (de Strozziis) 1557 Sept. 20, [aep. Albien., dein aep. Aquen.], † ex. C. R. 1571 Dec. 14[6]).

12. **Virgilius Rosarius**, ep. Isclanen., vicarius Urbis[7]) = tt. s. Simeonis (Rosarius vel de Spoleto)[8]) 1557 Mart. 24, † in C. R. 1559 Maii 22[9]).

13. **Joannes Bertrandus**, aep. Senonen., olim el. Convenarum, sigillorum christ^mi regis custos = tt. ts. Nerei et Ach. (Senonensis) 1557 Aug. 9, tr. ad tt. s. Priscae[10]) 1560 Jan. 16, tr. ad tt. s. Chrysog. 1560 Mart. 13, † ex. C. R. 1560 Dec. 4[11]).

14. **Michael Gislerius**, O. Pr., ep. Nepesin. = tt. s. Mariae supra Min.[12]) (Alexandrinus) 1557 Mart. 24, tr.

Scipio Rebiba ep. Motulen., Joannes Suarius Reomanus ep. Mirapicen., Joannes Gropperus decanus eccl. Colonien., Joannes Antonius Capisuccus causarum palatii ap. auditor; et papa eos presbyteros fore et esse declaravit. — AC₁ 7 f. 1: 1556 Jan. 10 cardinalibus noviter creatis excepto Groppero os clausum et Jan. 13 apertum est.

1) AC 10 f. 24': 1568 Dec. 11 Romae obiit *Bernardinus Scottus* pbr. card. Tranensis, cr. a Paulo IV. 1555 Dec. 20, tunc unus ex clericis reformatis ex institutione ipsius Pauli, a quo deinde creatus fuit ep. Placentin.; annum agebat LXXV, sepultus in eccl. s. Pauli extra portam Ostien. in sepulcro, quod vivens sibi exstruxerat.

2) AC 9 f. 27': 1560 Aug. 12 obiit Romae *Diomedes card. Carafa* Arianensis, gentilis Pauli IV et ab eo in card. ascitus; valde senex, parva statura, compositi animi et bonae mentis; ecclesiam tituli sui ipse instaurare inceperat.

3) AC₁ 7 f. 23': 1556 Maii 11 crux legationis data est *Scipioni* pbr. card. Motulen. ad caesarem. — L. c. f. 123: 1558 Jul. 20 idem deputatur legatus a lat. ad Ferdinandum regem Roman. et rebus ibi expeditis ad regem Poloniae. — Cf. p. 37 ad 1562 Jan. 1.

4) AC 10 f. 235': 1577 Jul. 23 obiit Romae *Scipio Rebiba* Siculus, ep. Sabinen., Pisarum nuncupatus, officii s. inquisitionis praesidens, septuagenario maior; creatus a Paulo IV. 1555 Dec. 20, cum esset ep. Motulan. et Urbis gubernator; elatus est solemni funere ad s. Silvestrum in Quirinali ad clericos reformatos dicti pontificis. — f. 226' seq.: Julii 31 papa in consistorio de eo verba fecit eumque praeclare se gessisse dixit cum in officio s. inquisitionis tum ceteris in rebus.

5) Cf. p. 34 not. 4 ad 1557 Dec. 3. — Sch. Ind. 555: 1556 *Joanni* card. conced. provisio scutorum 100.

6) Cf. p. 32 not. 11.

7) AC 9 f. 145: 1566 Apr. 29 die lunae hora tarda obiit Romae in palatio aplic. in cameris Alexandri VI *Joannes card. Reumanus* Gallus, vir doctus ac probus, qui olim fuerat auditor rotae, cr. card. a Paulo IV et a Pio V praepositus rebus agendis pro sede aplica; obiit autem ex morbo aetatis.

8) Hanc rem adhuc dubiam uberius exposui in libro, cui titulus est „Joannes Gropper" *(Erläuterungen und Ergänzungen zu Janssens Gesch. des deutschen Volkes hrsg. von L. Pastor Bd. V 1. und 2. Heft) p. 158 seqq.* [Econtra Pastor VI, 451 affirmat, eum a papa coactum illam dignitatem accepisse].

9) Cf. p. 34 not. 4 ad 1557 Dec. 3.

10) AC 10 f. 40: 1569 Jan. 28 obiit Romae *Joan. Ant. Capisuccus* Romanus, pbr. card. s. Clem., cr. a Paulo IV 1555 Dec. 20, cum esset s. palatii rotae auditor, quem etiam eccl. Laudensi praefecit; postremo a Pio V signaturae gratiae praepositus fuerat; annum agebat LIV; sepultus est in suo titulo privato funere.

1) AC₁ 7 f. 62': 1557 Mart. 15 novi creati sunt cardinales, qui sequuntur: Thaddaeus aep. Cusentin. de Gaddis, Antonius ep. Tolonen. de Trivultiis (absens), Laurentius ep. Bitteren. de Strozziis (absens), Virgilius ep. Isclanen. et vicarius Urbis Rosarius, Joannes olim electus Convenarum et sigillorum christ^mi regis custos Bertrandus (absens), Michael ep. Nepesin. Alexandrinus, fr. Clemens gener. O. Min. et prof. theol. Dolera, *presbyteri*, Alphonsus Carafa pronepos S. S. Neapolitan., Vitellotius electus Civitatis Castelli Vitellius, Joannes Bapt. Consiliarius Romanus, *diaconi*, cum derogatione constitutionis, quod pater et nepos insimul cardinales esse non possint. — L. c. f. 63 seq.: Mart. 20 pontifex admisit ad osculum pacis presbyteros de Gaddis, Rosarium, Nepesinum, generalem O. Min., diaconos Carafam, Vitellium, Consiliarium. — Mart. 22 eisdem os clausum est et (f. 66) Mart. 24 papa eis os aperuit et titulos denominationis assignavit.

2) AC 9 f. 59: 1561 Dec. 22 hor. XV et media card. *Thaddaeus de Gaddis* in suo monasterio s. Leonardi in Apulia ex profluvio ventris ac vomitu et catharro, cum solum quatriduum aegrotasset, diem supremum obiit; annum agebat XLI; cr. a Paulo IV.

3) AC₁ 7 f. 75': 1557 Maii 18 deputatur legatus a lat. pro domino Venetorum card. *Trivultius* et missus est ei pileus; f. 89: 1557 Sept. 20 deputatur legatus ad regem christianissimum.

4) AC 9 f. 5: 1559 Jul. 2 nuntiatum est Romae obiisse Parisiis die . . . Junii *Antonium card. Trivultium*, qui tunc legatus erat apud Henricum regem christianissimum. — Sch. Ind. 555: 1567 declaratio crediti Antonii card. Trivultii pro suis haeredibus.

5) AC₁ 7 f. 86: 1557 Aug. 3 *card. Strozzius* receptus est in consistorio; f. 86': Aug. 9 eidem os apertum est (f. 90' hoc factum refertur ad 1557 Sept. 20).

6) AC 10 f. 99: 1571 Dec. 14 Avinione e vita decessit *Laur. card. Strozzius* Florentius pbr. card. et aep. Aquen.; cr. a Paulo IV 1557 Mart. 15.

7) AC₁ 8 f. 6': 1560 Jan. 19 officium vicariatus Urbis vac. per ob. *Virgilii* card. de Spoleto concedit S. S. Jacobo s. Mariae in Cosm. diac. card. de Sabellis (VI, 38).

8) Cf. p. 34 not. 4 ad 1557 Dec. 3 et 1558 Nov. 28.

9) AC 9 f. 5: 1559 Maii 22 hor. XXII Romae in palatio aplic. repentina morte obiit *Virgilius card. Rosarius* Spoletanus. Dictum fuit, ruptam ei esse unam e principalioribus venis pectoris eumque a magna copia effluentis sanguinis subito esse suffocatum.

10) AC 9 f. 8', AC₁ 8 f. 2: 1560 Jan. 9 os clausum et (f. 7', AC 9 f. 9): 1560 Jan. 16 os apertum est et annulus zaphiri datus cardinali *Bertrando* Senonensi et assignatus tt. s. Priscae, qui fuerat papae.

11) AC 9 f. 33: 1560 Dec. 12 Romae nuntiatum est *Joannem card. Senonen.* al. Bertrandum Gallum Venetiis obiisse paucis ante diebus ex diuturna aegritudine; erat cr. a Paulo IV, vir doctus in utr. iure, senex, parvae staturae, qui diu in parlamento Parisien. ante cardinalatum versatus est.

12) AC 9 f. 6' seq.: 1559 Aug. 9 papa praeposituram s. Spiritus de Columbella d. Mediolanen. vac. per ob. N. (Catalani Tri-

ad tt. s. Sabinae 1561 Apr. 14, ad priorem tt. iterum 1565 Maii 15, [ep. Montisregalis], summus inquisitor[1]), ass. ad Pont., nom. Pius V, 1566 Jan. 7.

15. **Clemens Dolera** (de Olera), generalis O. Min., prof. theol. = tt. s. Mariae in Ara Coeli (Monelianus vel Aracoeli)[2]) 1557 Mart. 14, [ep. Fulginaten.], † in C. R. 1568 Jan. 6[3]).

16. **Alphonsus Carafa**, pronepos S. S., clericus Neapolitan. = diac. tt. s. Nic. inter Imag. (Neapolitanus vel Carafa)[4]) 1557 Mart. 24, tr. ad tt. s. Mariae in Port.[5]) 1558 Dec. 16, ad tt. s. Mariae in Domn.[6]) 1559 Mart. 6, ad tt. ss. Joan. et Pauli[7]) 1560 Apr. 26, [adm. et deinde aep. Neapolitan.], † ex. C. R. 1565 Aug. 29[1]).

17. **Vitellotius Vitellius**, electus Civitatis Castelli = diac. tt. ss. Sergii et Bacchi (Vitellius vel Tiphernates) 1557 Mart. 24, tr. ad tt. s. Mariae in Port. 1559 Mart. 6, ad tt. s. Mariae in Via lata[2]) 1564 Nov. 17, camerarius S. R. E.[3]), [ep. Imolen., denique Carcassonen.], † in C. R. 1568 Nov. 19)[4]).

18. **Joannes Baptista Ghislieri Consiliarius**, clericus Roman. = diac. tt. s. Luciae in Septisolio (Consiliarius) 1557 Mart. 24, tr. ad tt. s. Nic. in Carc. 1558 Dec. 16, † in C. R. 1559 Aug. 25[5]).

d) *in quarta promotione 1557 Jun. 14 habita*[6]).

19. **Petrus Peto(w)** O. S. Fr. de observ., ep. Saresberien. = sine tt. remansisse videtur, † ex. C. R. a. 1558.

vultii) ep. Placentin., qui eam, dum viveret, in commendam habebat, *Michaeli* tt. s. Mariae supra Minervam pbr. card. *Alexandrino* in comm. dedit, reservata medietate fructuum pro card. Clemente tt. s. Mariae in Ara Coeli pbr. card. (IX, 15).

[1]) Cf. p. 34 not. 4 ad 1558 Dec. 14.

[2]) AC Process. Misc. no. 1: 1563 Nov. 29 *Clemens card. Monelianus* vices gerit protectoris nationis Germanicae vice et nomine card. Augustani (VI, 52) in processu facto ad petendam continuationem Frederici ex comitibus de Weda aep. Colonien.

[3]) AC 9 f. 175' (AC 10 f. 3): 1568 Jan. 6 hora XVI obiit ex longa aegritudine Romae in conventu fratrum (O. Min.) s. Petri in Monte aureo, ubi habitabat, *Clemens de Olera* ex oppido Monelia dioec. Genuen. (Monelianus) card. Araecoeli O. Min. de observ. professor, olim minister gener. sui ordinis, septuagenarius, doctus, theologus egregius; cr. a Paulo IV 1557 Mart. 15; sepultus fuit in eccl. Araecoeli, ubi antea sibi sepulchrum struxerat.

[4]) AC_1 7 f. 89: 1557 Sept. 20 card. Carafa deputatur legatus ad regem Philippum; f. 122: 1558 Apr. 20 ex eadem legatione Romam rediit.

[5]) Cf. p. 34 not. 4 ad 1558 Nov. 28.

[6]) Sch. Ind. 555: Ao. 1560 erat regens camerae.

[7]) AC_1 8 f. 153: 1564 Mart. 1 *card. Neapolitan.* transit ad ord. pbr., postquam disp. est super def. aetatis (quippe qui in XXIV anno constitutus erat), ut ad ord. presbyteratus promoveri posset. — Cf. p. 34 not. 7.

[1]) AC 9 f. 126': 1565 Aug. 29 obiit Neapoli in illa sua eccl. ex gravissima febre XI dierum *Alph. Carafa* card. *Neapolitan.*, annum XXIV agens, magna animi constantia et pietate; cr. a Paulo IV, patris eius patruo; vixit semper innocenter et pie. Cfr. p. 34 not. 4.

[2]) AC 9 f. 125': 1565 Aug. 22 *card. Vitellius* deputatur legatus Campaniae et Maritimae.

[3]) AC_1 8 f. 185.

[4]) AC 10 f. 24': 1568 Nov. 19 obiit Romae *Vitellotius* diac. card. Vitellius, S. R. E. camerarius, S. D. N. signaturae gratiae praefectus: cr. a Paulo IV. 1557 Mart. 15, tunc el. ep. Civitatis Castelli et camerae aplic. clericus; annum agebat XXXVII, sepultus est in sua diaconia (s. M. in Via lata).

[5]) AC 9 f. 8: 1559 Aug. 25 hora III noctis in palatio obiit Joan. Bapt. card. *Consiliarius.*

[6]) AC_1 7 f. 76 seq.: 1557 Jun. 14 *Petrus Peto* Anglus, O. S. Fr. de observ., creatur card. et deputatur legatus a lat. pro Anglia, quod omnes ibi revocationem legati Poli (VI, 17) per S. S. factam aegre ferebant.

X. Pius IV.

antea Joannes Angelus de Medicis, pbr. card. tt. s. Priscae (VI, 69), electus[1]) 1559 Dec. 25, public.[2]) Dec. 26, coronatus[3]) 1560 Jan. 6, † 1565 Dec. 9[4]).

[1]) AC 9 f. 8: 1559 Sept. 5 hor. XVIII cardinales celebratis exequiis pontificis processionaliter ingressi sunt conclave. — f. 8':: 1559 Dec. 25 cardinales Bellarius (VI, 7) et Saracenus (VII, 5) erant extra conclave infirmi; Saracenus tamen mane sequenti interfuit scrutinio. Electio facta est universali omnium consensu. — f. 8: Inter horam VIII et IX noctis sequentis Joan. Angelus card. de Medicis tt. s. Priscae fuit electus papa a XLIII cardinalibus, quorum nomina hic sequuntur; *episcopi:* Turnonius (V, 19), de Carpo (VI, 16), Pisanus (III, 38), Cesius (VI, 56), Pacecus (VI, 61); *presbyteri:* Lenoncourt (VI, 24), Moronus (VI, 40), Tridentinus (VI, 47), Armeniacus (VI, 51), Augustanus (VI, 53), La Cueva (VI, 50), s. Angeli (VI, 64), Crispus (VI, 60), Massiliensis (VII, 3), Perusinus (VII, 4), Politianus (VII, 6), Messanensis (VII, 7), Puteus (VII, 8), s. Clementis (VII, 13), Tranensis (IX, 3), de Pisis (IX, 5), Reumanus (IX, 6), Mantuanus (V, 4), Capisuccus (IX, 8), Arianensis (IX, 4), de Gaddis (IX, 9), Strozzius (IX, 11), Bertrandus (IX, 13), Alexandrinus (IX, 14), Aracoeli (IX, 15); *diaconi:* Farnesius (VI, 1), s. Florae (VI, 2), Ferrariensis (VI, 26), de Sermoneta (VI, 20), Sabellus (VI, 38), Urbinatensis (VI, 66), de Monte (VII, 1), Guisinus (VII, 18), Cornelius (VII, 15), Simoncellus (VII, 20), Carafa (IX, 1), Neapolitanus (IX, 16), Vitellius (IX, 17). Absentes igitur erant et extra conclave cardinales de Bellayo (VI, 7), Lingonensis (V, 31), de Castilione (V, 32), Aurelianensis (VI, 30), Cauriensis (VI, 49), Recanates (VI, 59), Ulixbonensis (VI, 63), de Guisa (VI, 65), Borbonius (VI, 67), Saracenus (VII, 5; cf. superiorem notam), Dandinus (VII, 14). — AC_1 8 f. 1: 1559 Dec. 26 neopontifex inductus est in basilicam.

[2]) AC 9 f. 8': 1559 Dec. 26 celebrata missa celebratoque scrutinio, in qua ipse card. de Medicis elegit revmos Turnonium (V, 19), de Carpo (VI, 16), Pacecum (VI, 61), Mantuanum (V, 4) et Ferrariensem (VI, 26), fuit publicatus a card. Farnesio archidiacono (VI, 1) et vocatus *Pius IV.*

[3]) AC_1 8 f. 1 et AC 9 f. 8': 1560 Jan. 6 Pius pp. IV simpliciter coronatus est triplici diademate in loco, quo pontifices solent populo benedicere; quo tempore in spargendis populo pecuniis obiere in scalis s. Petri ultra XXV homines suffocati a multitudine.

[4]) AC 9 f. 132: 1565 Dec. 9 die dominico hora II noctis mortuus est in cameris suis turris Borgiae Pius pp. IV. — f. 132: Dec. 10 lecta fuit in consistorio bulla Pii IV de reformatione conclavis. — Dec. 11-19 coeptae sunt haberi exequiae in basilica s. Petri, quibus finitis orationem funebrem habuit *d. Poetinus. Quaedam adnotationes et decreta Pii pp. IV ex actis consistor. deprompta.* AC 9 f. 8': 1560 Jan. 12 primum consistorium in camera paramentorum inferiori, cui interfuere cardinales de conclavi exceptis Mantuano (V, 4), qui discesserat ab Urbe et ... (reliqua desiderantur). — AC_1 8 f. 2 seq.: 1560 Jan. 19 in secundo consistorio extenduntur ad Franciscum regem christianissimum literae Henrici regis ad papam (l. c. f. 3'-6'). — AC_1 8 f. 2: 1560 Jan. 19 decreto Pauli IV de optinionibus fuit derogatum. (Cf. p. 31 not. 4 ad 1557 Apr. 9). — f. 3 eodem die: Moderatur decretum super suffragiis ferendis in consistoriis circa *provisiones ecclesiarum* in uno consistorio proponendarum et in alio expediendarum, ita ut cardinales, ad quos pro tempore propositio pertinet, informationes ante propositionem singulis transmittere debeant, ut huiusmodi informatione prius habita in uno eodemque

S. S. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 1560 Jan. 31 habita.*[1])

1. **Joannes Antonius Serbellonus**, ep. Fulginaten. = tt. s. Georgii ad Vel. aur.[2]) (Serbellonus vel Fulginatensis vel s. Georgii) 1560 Febr. 14, tr. ad tt. s. Mariae Angelorum[3]) 1565 Maii 15, ad tt. s. Petri ad Vinc. 1570 Apr. 12, ad tt. s. Clem. 1570 Jun. 9, ad tt. s. Angeli 1570 Jul. 3, ad tt. s. Mariae tr. Tib. 1577 Jul. 31, ad Sabinen. 1578 Jul. 9, ad Praenestin. 1578 Oct. 3, ad Tusculan. 1583 Mart. 4, ad Portuen. 1587 Dec. 11, ad Ostien. 1589 Mart. 2, [ep. Novarien.], † in C. R. 1591 Mart. 18[4]).
2. **Carolus Borromaeus**, nepos S. S., clericus Mediolanen. = diac. tt. ss. Viti et Mod.[5]) (Borromaeus) 1560 Febr. 14, tr. ad tt. s. Mart. in Mont. 1560 Sept. 4, ad tt. s. Prax.[6]) 1564 Nov. 17, [aep. Mediolanen.], poenitentiarius maior[7]), † ex. C. R. 1584 Nov. 3[8]).
3. **Joannes de Medicis iun.**, cler. Florentin., fil. ducis Florentiae = diac. tt. s. Mar. in Domn.[9]) (de Medicis) 1560 Apr. 26, [adm. Pisan.], † ex. C. R. 1562 Nov. 20[10]).

---

consistorio ecclesiae provideri possit (cf. p. 34 not. 4 ad 1557 Dec. 3). — AC_1 8 f. 38': 1560 Jun. 19 literae leguntur domini Ragusinorum, quibus continebatur *Baiacetum* fuisse captum. — L. c. f. 51': 1560 Sept. 4 omnia gubernia rev^mis (dominis card.) concessa papa revocat et legationibus incorporari vult. — Eodem die: *Bulla praeceptoria* de residentia et accedendo ad ecclesias. — L. c. f. 59': 1560 Sept. 13 deputantur inquisitores, qui audiant excusationes praelatorum ad residentiam monitorum. — L. c. f. 61: 1560 Oct. 2 papa fecit verbum, quod non intimarentur consistoria sine negotiis; quod iniunxit S. S. protectoribus principum. — AC 9 f. 68 seq.: 1561 Jun. 13 decretum camerae aplic. factum vi mandati S. D. N., quod omnes ecclesiae tam cathedrales quam metropolitanae hactenus erectae in Indiis maris oceani sub ditione regis catholici existentes et non taxatae et quae in posterum erigendae essent, taxarentur sub taxa 33⅓ fl. propter tenues earum redditus. — AC_1 8 f. 103': 1561 Nov. 10 prorogantur *concordata* in favorem regis christ^mi ad VI mensis. — L. c. f. 104': 1561 Nov. 19 decretum, quod occurente obitu papae pendente concilio *electio successoris* fiat per cardinales, non autem per concilium. Coadiutor cum iure success. non liceat. — AC 9 f 59 seq.: 1562 Jan. 1 in toto orbe christiano erant cardinales LXIV, in Urbe —LII, absentes XXII. Card. de Pisis incarceratus erat in arce s. Angeli. — AC_1 8 f. 118: 1562 Maii 4 decreto prohibitum est, ne in posterum cardinales qualicunque *beneficia in confidentiam* seu custodiam reciperent et qui talia haberent, infra duos menses dimitterent sub poena excommunicationis. Quod decretum renovavit papa 1564 Oct. 16 (l. c. f. 182). — Verbum fecit etiam papa de regressu non amplius concedendo. Nihil est conclusum. — L. c. f. 121': 1562 Jun. 5 in confidentiarum causa dilatio facta est ad alios duos menses. — f. 122: 1562 Jul. 6 confidentias papa prorogavit ad duos menses sub poena privationis beneficiorum in confidentiam acceptorum pro utraque parte. — L. c. f. 128': 1562 Oct. 9 pontifex legit *reformationem conclavis* per ipsum editam. — AC 9 f. 79': 1563 Jan. 6 cardinales in toto orbe christiano erant LXII, in Urbe XXXIV; card. de Monte (VII, 1) exulabat Tybure. — L. c. f. 88': 1563 Dec. 30 S. D. N. compendiosis, sed acribus verbis reprehendit eos cardinales, qui, dum ipse aegrotaret, practicas papatus fecerant, ostenditque eos sibi valde displicuisse et aliquos suis coloribus depinxit, ut facile ab aliis cognosci possent, sermonemque suum conclusit, ut a similibus abstinere vellent. — AC_1 8 f. 151 (eod. die) decretum est, omnes *legationes* ditionis ecclesiasticae vacare easque esse biennales. — L. c.: 1564 Mart. 22 admonuit papa, ut cardinales accederent ad ecclesias et qui resignassent nepotibus, mitterent nepotes et assignarent saltem summam M ducat. resignatariis. — AC 9 f. 97: 1564 Maii 12 decrevit papa, ut de cetero, quando provideretur alicui ecclesiae de persona alicuius cardinalis aut monasterium quoddam ei commendaretur seu aliquo modo de alicuius card. interesse ageretur, is card. e consistorio egrederetur, ut vota sint magis libera. — L. c. f. 109': 1564 Nov. 17 papa prohibuit, ne cardinales deinceps proficiscerentur ad palatium ad actus publicos in rhedis sive bijugis, sed equitantes, et si forent infirmi, veherentur lecticis. — AC_1 8 f. 185': 1564 Nov. 17 decrevit papa, ne cardinales inter se *titulos optarent*, sed de more antiquiores optarent neve cederent amplius titulis. — AC 9 f. 111': 1565 Jan. 6 papa explicavit cardinalibus *coniurationem* nuper detectam quorundam nequissimorum hominum contra se perpetratam. — f. 113: 1565 Jan. 19 hortatus est cardinales, ne vellent dare receptum in suis domibus hominibus facinorosis et scandalosis narravitque detectam fuisse coniurationem quorundam scelestissimorum hominum ad interficiendam S. S., cuius quidem coniurationis fundamentum non reperiebatur nisi forte, quod aliqui coniuratorum degerant apud haereticos Gebennae commorantes. In futurum aditum ad S. S. arctiorem esse debere et accuratiorem; ipsos cardinales ingredi posse una cum uno vel caudatario vel secretario et principum oratores cum ensibus quidem ac cum uno secretario. — L. c. f. 120: 1565 Maii 18 decrevit papa, ne fiat coadiutor in pontificatu cum jure success. (cf. supra col. 1 ad 1561 Nov. 19). — L. c. f. 129: 1565 Oct. 26 decretum est, ut *pensiones assignandae* in futurum *suffraganeis* super fructibus ecclesiarum, ad quas adscripti essent, ad successores transirent. — L. c. f. 131: 1565 Dec. 8 S. S. donavit (consentientibus et prope petentibus cardinalibus) comiti *Hannibali de Altaemps*, suo ex sorore nepoti, 100000 scutorum; *Caeciliae*, suae ex marchione Marignani fratre nepti, puellae nondum nuptae, pro dote 40 000 scut., ipsi marchioni fratri 10 000 scut., *Gabrio Serbellono*, fratri suo patrueli, 10 000 scut., *Fabritio*, ipsius Gabrii fratri, 10 000 scut., *Gabrieli de Altaemps*, itidem S. S. ex sorore nepoti, 10 000 scut., et suae familiae 12 000 scut. Volebat autem eas donationes locum habere post obitum suum. — L. c. f. 131 (eod. die): decretum, quod sacrum collegium de pecuniis sedis aplic. posset disponere in subventionem cardinalium egenorum, praesertim pro impensa facienda in conclavi usque ad 25 000 scut., et pro necessitate et utilitate ecclesiae, quantum necessarium iudicaret, non obstante bulla a S. S. in contrarium edita.

[1]) AC_1 8 f. 12 et AC 9 f. 10: 1560 Jan. 31 S. S. proposuit, creavit et publicavit tres novos cardinales, videl. Joan. Ant. Serbellonum ep. Fulginaten., consanguineum suum, presbyterum, praesentem; Carolum (abbatem) Borromaeum nepotem ex sorore, Mediolanensem, diac., praes.; Joan. de Medicis, clericum Florentin., filium ducis Florentiae, in XVII. anno, diac., absentem. — AC 9 f. 10': 1560 Febr. 1 datus est pileus rev^mis Fulginatensi et Borromaeo. — AC_1 8 f. 15' et AC 9 f. 11: 1560 Febr. 7 eisdem os clausum et (AC_1 8 f. 16) Febr. 14 apertum est. — AC_1 8 f. 29 et AC 9 f. 17': Os clausum est card. de Medicis.

[2]) AC 9 f. 12': 1560 Febr. 14 os apertum est *cardinali Fulginatensi*, datus pileus (cfr. not. 1) et assignatus tt. s. Georgii sc. presbyteralis, qui consueverat esse diaconi. — AC 8 f. 33: 1560 Apr. 26 deputatur legatus in ducatu Camerini ad biennium. — Eid. indultum conferendi benef. in Papien. (dioec.). — 1560 Maii 30 Joanni Ant., fratri patrueli Pii IV, comm. mon. b. M. de Calmesiaco O. S. A. — 1564 eid. comm. mon. s. Galgani Vulteranen.

[3]) AC 9 f. 125 seq.: 1565 Aug. 22 *card. s. Georgii*, frater patruelis S. S., legatus deputatur Perusiae et Umbriae. — AC 10 f. 8: 1568 Febr. 27 *card. s. Georgii* paulo ante profectus est ad suam eccl. Novarien.

[4]) $AC_2$15 f. 24 (AC 11 f. 161'): 1591 Mart. 20 S. S. verba fecit de morte cardinalis s. Georgii iam pridem defuncti.

[5]) AC 9 f. 12': 1560 Febr. 14 os apertum est *card. Borromaeo* et assignatus tt. s. Viti et Mod. in Macello mart. — AC_1 8 f. 33: 1560 Apr. 26 deputatur legatus Bononiae et Romandiolae ad biennium.

[6]) L. c. f. 124': 1565 Aug. 17 *Carolus card. Borromaeus*, nepos S. S. ex sorore, deputatur legatus Bononiae et Romandiolae et per totam Italiam in eundo et redeundo, quoniam iturus est ad eccl. suam Mediolanen.

[7]) L. c. f. 130: 1565 Nov. 7 idem constituitur maior *poenitentiarius*, cuius munus vacat ex morte Raynutii Farnesii card. s. Angeli (VI, 64). — AC 10 f. 62: 1570 Mart. 13 card. Borromaeus hoc loco denominatur protector Belgiae.

[8]) AC 11 f. 14: 1584 Nov. 3 *Carolus* pbr. card. et aep. Mediolanen., Pii IV sororis filius et ab eodem cr., diem supremum clausit in sua eccl. ibique est sepultus. — AC_3 24: 1584 Nov. 14 S. S. in consistorio deploravit obitum Caroli card. Borromaei.

[9]) AC_1 8 f. 33 et AC 9 f. 19': 1560 Apr. 26 *cardinali de Medicis* os apertum, annulus datus et tt. assignatus est s. Mariae in Domn.

[10]) AC 9 f. 75': 1562 Nov 22 Romae nuntiatum est *Joannem tt. s. Mariae in Domn. diac. card. de Medicis* Pisis die XX. obiisse ex subita et vehementi aegritudine; erat filius secundogenitus Cosmi

b) *in secunda promotione 1561 Febr. 26 habita*[1]).

4. **Hieronymus Seripandus**, O. S. A., aep. Salernitan. = tt. s. Sus.[2]) (Salernitanus) 1561 Mart. 10, † in C. R. 1563 Apr. 16[3]).
5. **Philibertus Babo de Burdisiera** (Burdaesius), ep. Engolismen., orator regis christ[mi] apud S. S. = tt. s. Sixti (Engolismensis vel Burdisius) 1561 Mart. 10, tr. ad tt. s. Mart. in Mont. 1564 Nov. 17, ad tt. s. Anastasiae[4]) 1568 Maii 14, [ep. Autissiodoren.], † in C. R. 1570 Jan. 25[5]).
6. **Ludovicus Simoneta**, ep. Pisaurien., S. S. datarius = tt. s. Cyr. in Therm. (Pisauriensis)[6]) 1561 Mart. 10, tr. ad tt. s. Anastasiae 1566 Nov. 15, praefectus signaturae iustitiae, † in C. R. 1568 Apr. 30[7]).
7. **Marcus Sitticus de Altaemps** (Hohenems), nepos S. S., el. Cassanen. = diac. tt. ss. XII Apostol. (Altaemps vel Constantiensis)[8]) 1561 Mart. 10, tr. ad tt. s. Georgii ad Vel. aur. [1]) 1565 Maii 15, ad tt. s. Mariae Angel. 1577 Oct. 3, ad tt. s. Petri ad Vinc. 1578 Oct. 3, ad tt. s. Clem. 1579 Aug. 17, ad tt. s. Mariae tr Tib.[2]) 1580 Dec. 5, [ep. Constantien.], † in C. R. 1595 Febr. 15.
8. **Franciscus Gonzaga**, protonot. aplic. = diac. tt. s. Nic. in Carc. (Mantuanus) 1561 Mart. 10, tr. ad tt. s. Laur. in Luc.[3]) 1562 Jul. 6, [ep. Cusentin., Mantuan.], † in C. R. 1566 Jan. 6[4]).
9. **Alphonsus Gesualdus**, protonot. aplic. = diac. tt. s. Caeciliae (Gesualdus)[5]) 1561 Mart. 10, tr. ad tt. s. Priscae 1572 Oct. 17, ad tt. s. Anastasiae 1578 Jul. 9, ad tt. s. Petri ad Vinc. 1579 Aug. 17, ad tt. s. Clem. 1580 Dec. 5, ad Albanen.[6]) 1583 Mart. 4, ad Tusculan. 1587 Dec. 11, ad Portuen. 1589 Mart. 2, ad Ostien. 1591 Mart. 20, [aep. Consanen., aep. Neapolitan.], † ex. C. R. 1603 Febr. 14.
10. **Joannes Franciscus (abbas) de Gambara**, clericus cam. aplic. = diac. tt. ss. Marcellini et Petri[7]) (de Gambara) 1561 Mart. 10, tr. ad tt. s. Pudentianae[8]) 1565 Nov. 17, ad tt. s. Priscae 1570 Jul. 3, ad tt. s. Anastasiae 1572 Oct. 17, ad tt. s. Clem. 1578 Jul. 9, ad tt. s. Mariae tr. Tib. 1579 Aug. 17, ad Albanen. 1580 Dec. 5, ad Praenestin. 1583 Mart. 4, [ep. Viterbien.], † in C. R. 1587 Maii 5[9]).
11. **Marcus Antonius Amulius**, orator Venetus ap. S. S. = diac. tt. s. Marcelli (Amulius)[10]) 1561 Mart. 10, [ep. Reatin.], † in C. R. 1572 Mart. 17[11]).
12. **Bernardus de Salviatis**, ep. s. Papuli, prior Urbis = tt. s. Simeonis (Salviatus)[12]) 1561 Jun. 27, tr. ad

---

ducis Florentiae et iuvenis magnae spei; cr. a Pio IV in principio pontificatus sui.

[1]) AC 9 f. 37' et AC_1 8 f. 74' seq.: 1561 Febr. 26 creati sunt et publicati XVIII novi cardinales, quorum VIII *praesentes* erant, videl. Hieron. aep. Salernitan. Seripandus O. S. A., Philib. Babo ep. Engolismen. de la Bordesiere Gallus, orator regis christ[mi] ap. S. S., Lud. Simoneta ep. Pisaurien., S. S. datarius, presbyteri; Marcus Sitticus el. Cassanen. de Altaemps Germanus, S. S. ex sorore nepos, Franc. Gonzaga protonot. aplic., Alphonsus Gesualdus proton. aplic., Franc. abbas de Gambara clericus cam. aplic., Marc. Ant. Amulius Venetus, orator senatus Veneti apud S. S., diaconi; *absentes* vero erant X, videl. Bernardus ep. s. Papuli et prior Urbis de Salviatis, Stanislaus ep. Warmien. (Hosius) Polonus, nuntius S. S. apud caesarem, Petr. Franc. Ferrerius ep. Vercellen., nuntius S. S. apud Venetos, Antonius ep. Atrebaten. (Perenotius) de Granvella, *presbyteri;* Ludov. el. Ferrarien. Estensis, Ludov. el. Tridentin. Madrutius, Inicus de Avalos, Franc. Pacecus Hispanus, Bern. Naugerius (Navagerius) Venetus, Hieronymus ex dominis Corrigii (de Corrigio), *diaconi;* patriarcha Aquilegien. reserv. in pect. — AC_1 8 f. 75 (AC 9 f. 38): 1561 Mart. 3 os clausum est VIII cardinalibus noviter creatis, praesentibus in C. R. (in AC_1 8 deest nomen M. Ant. card. Amulii). — AC^1 8 f. 79' (AC 9 f. 40'): 1561 Mart. 17 papa hodie intitulatis os apertum est. — AC 9 f. 40': 1561 Mart. 17 papa decrevit, ut absentibus cardinalibus noviter creatis de Salviatis, Perenotio et Warmiensi pileus mitteretur. — AC_1 8 f. 84': 1561 Jun. 2 os clausum est cardinalibus Ferrerio, Madrutio, de Aragonia, Corrigio, Navagerio et (AC 9 f. 45) eod. die iis os apertum, quibus ante inchoationem consistorii fuerat clausum.

[2]) AC_1 8 f. 76: 1561 Mart. 10 deputati sunt tres alii legati ad conc. Trid., *Salernitanus*, Warmiensis (qui interim remaneat legatus de lat. apud imperatorem), Simoneta. — f. 80': Mart. 17 crux data est *Salernitano.*

[3]) AC 9 f. 82: 1563 Mart. 17 *Hier. Seripandus* obiit Tridenti, ubi erat leg. conc. gen. Fuerat olim gen. O. Er. S. A. et deinde aep. Salernitan., cr. a Pio IV, vir in sacris literis doctissimus et vitae exemplaris; fere octogenarius.

[4]) Cf. p. 32 not. 1.

[5]) AC 10 f. 56': 1570 Jan. 25 nocte, quae diem festum conversionis s. Pauli secuta est, obiit Romae in aedibus ad s. Apollinarem *Philibertus Babo* pbr. card. Burdaesius Gallus subita morte, cum paulo ante hilariter et quidem temperate cum suis coenasset; annum agebat ca. LV., cr. a Pio IV 1561 Febr. 26, cum esset orator regis christ[mi] et ep. Engolismen.; corpus delatum est ad eccl. s. Aloysii.

[6]) AC_1 8 f. 105': 1561 Nov. 10 conclusum est, ut card. Simoneta infra biduum discederet Tridentum versus, cum iam esset IV. legatus.

[7]) AC 10 f. 12': 1568 Apr. 30 obiit Romae Ludov. card. Simoneta pbr. card., signaturae iustitiae praefectus, cr. a Pio IV 1561 Febr. 26 ex ep. Pisaurien. et S. S. datario. Functus est legatione in synodo Trident. (cf. supra not. 2 et 6); sepultus ad b. Mariam Angelorum in Thermis Diocletianeis.

[8]) AC_1 8 f. 103: 1561 Nov. 10 additus fuit V. legatus concilio Trid. card. Constantien., nepos S. S. (cf. supra not. 2 et 6), cui crux data est 1561 Dec. 17 (l. c. f. 109), — AC_1 8 f. 147': 1563 Jul. 30 sub eod. tt. transit ad ord. pbr. — AC_1 8 f. 176': 1564 Aug. 5 *card. de Altaemps* deputatur legatus a lat. ad Maximilianum Roman. regem. — L. c. f. 183: 1564 Oct. 25 *card. Constantiensis* cr. legatus Marchiae.

[1]) Cf. p. 45 not. 3 ad 1574 Dec. 24. — Sch. Ind. 555: 1565 Aug. 22 *card. s. Georgii* fit legatus Perusiae et Umbriae.

[2]) AC 11 f. 145 seq.: 1590 Junii 4 legationem Avinionensem vac. per ob. card. Borbonii (VI, 67) card. ab *Altaemps* petiit ex iure regressus, sed a S. S. non est admissus, quod adversa valetudine impeditus eo se conferre non poterat; sed S. S. alterum legatum suffecturum se esse dixit ad triennium.

[3]) AC_1 8 f. 153 (AC 9 f. 92): 1564 Mart. 1 *card. Mantuan.* transit ad ord. pbr.

[4]) AC 9 f. 132': 1566 Jan. 6 die dominico hora XXI. in conclavi mortuus est *Franc. Gonzaga* card. Mantuan. ex aegritudine, qua laboraverat ab ingressu conclavis, et hora I. noctis sequentis cadaver elatum fuit in lectica.

[5]) AC_1 8 f. 150': 1563 Oct. 22 *card. Gesualdus* transfertur ad ord. pbr. cum retentione tt. (s. Caec.).

[6]) AC 11 f. 9 (1584 Jul. 16) *card. Gesualdus* nominatur viceprotector Hungariae. — AC 11 f. 23 (AC_2 14 f. 2'): 1585 Maii 13 S. S. deputavit ad biennium legatos in infrascriptis provinciis status ecclesiastici: Gesualdum — Marchiae; Columnam (X, 26) — Campaniae et Maritimae; Cananum (XII, 21) — Romandiolae; Salviatum (XII, 23) — Bononiae; Spinolam (XII, 26) — Perusiae et Umbriae.

[7]) AC 9 f. 125': 1565 Aug. 22 *card. de Gambara* deputatur legatus Camerini.

[8]) Sch. Ind. 555: 1567 Jul. 4 idem inquisitor gener.

[9]) AC 11 f. 77': 1587 ante Maii 6 obiit Romae Joan. Franc. Gambara, Brixianus, et sepultus est ad s. Mariam de Quercu Viterbien. (l. c. f. 63 ad diem Maii 11 idem dicitur „proxime defunctus").

[10]) AC 9 f. 41: 1561 Mart. 17 card. Amulius admittitur ad ord. pbr.

[11]) AC 10 f. 122': 1572 Mart. 17 obiit Romae *pbr. card. Amulius* Venetus, bibliothecarius s. palatii; cr. a Pio IV. 1561 Febr. 26, cum esset orator reipublicae Venetae; annum agebat LXVIII, corpus Venetias translatum est.

[12]) AC_1 8 f. 88: 1561 Jun. 13 os clausum est cardinali de Salviatis et (f. 90') 1561 Jun. 27 eidem os apertum et tt. s. Sim. assignatus est.

tt. s. Priscae 1566 Maii 15, [ep. Claromonten.], † in C. R. 1568 Maii 6[1]).

13. **Stanislaus Hosius**, ep. Warmien., prius Culmen., nuntius S. S. apud caesarem = tt. s. Laur. in Panisperna (Warmiensis)[2]) 1561 Aug. 8, tr. ad tt. s. Pancr. 1562 Aug. 31, ad tt. s. Sabinae 1565 Sept. 4, ad tt. s. Theodori[3]) 1565 Sept. 7, ad tt. s. Priscae 1570 Febr. 10, ad tt. s. Anastasiae 1570 Jun. 9, ad tt. s. Clem. 1570 Jul. 3, ad tt. s. Petri ad Vinc. 1578 Jul. 9, ad tt. s. Mariae tr. Tib. 1578 Oct. 3, maior poenitentiarius[4]), † ex. C. R. 1579 Aug. 5[5]).

14. **Petrus (Joannes) Franciscus Ferrerius**, ep. Vercellen., nuntius S. S. apud Venetos = tt. s. Caesarii in Pal. (Vercellensis) 1561 Jun. 3, tr. ad tt. s. Agnetis 1561 Nov. 10, ad tt. s. Anastasiae 1566 Oct. 7, † in C. R. 1566 Nov. 14[6]).

15. **Antonius Perenotius de Granvella**, ep. Atrebaten. = tt. s. Barth. in Ins. (Granvellanus)[7]) 1562 Jul. 6, tr. ad tt. s. Priscae 1568 Maii 14, ad tt. s. Anastas.[8]) 1570 Febr. 10, ad tt. s. Petri ad Vinc. 1570 Jun. 9, ad tt. s. Mar. tr. Tib. 1578 Jul. 9, ad Sabinen. 1578 Oct. 3, [aep. Bisuntin.], camerarius S. R. E., † ex. C. R. 1586 Sept. 21[9]).

16. **Ludovicus (Aloisius) de Este**, clericus Ferrarien. = tt. ss. Nerei et Ach. (Estensis) 1562 Jul. 6, tr. ad tt. s. Luciae in Silice[10]) 1563 Oct. 22, ad tt. s. Angeli 1577 Jul. 31, ad tt. s. Mariae in Via lata 1583 Dec. 19, [aep. Auxitan.], † in C. R. 1586 Dec. 30[11]).

17. **Ludovicus Madrutius** (Madrucci), clericus Tridentin. = diac tt. s. Calixti (Tridentinus) 1561 Jun. 3, tr. ad tt. s. Onofrii[1]) 1562 Maii 4, ad tt. s. Anastasiae 1586 Oct. 1, ad tt. s. Laur. in Luc. 1591 Mart. 20, ad Sabinen. 1597 Aug. 18, † (tunc ep. Tusculan.) in C. R. 1600 April. 2.

18. **Inicus de Avalos**, miles O. S. Jacobi = diac. tt. s. Luciae in Sil. (de Aragonia) 1561 Jun. 3, tr. ad tt. s. Adriani 1563 Jul. 30, ad tt. s. Laur. in Luc.[2]) 1567 Mart. 3, ad Sabinen. 1586 Oct. 13, ad Tusculan. 1589 Mart. 2, ad Portuen. 1591 Mart. 20, [adm. Taurinen., Militen.], † in C. R. 1600 Febr. 20.

19. **Franciscus Pacecus** (Pacecco), clericus Hispanus = diac. tt. s. Sus. (Burgensis)[3]) 1564 Jul. 14, tr. ad tt. s. Pudent. 1565 Febr. 7, ad tt. s. Crucis in Jerus.[4]) 1565 Nov. 17, [aep. Burgen.], † ex. C. R. 1579 Aug. 23[5]).

20. **Bernardus Navagerius** (Naugerius), nobilis Venetus = diac. tt. s. Nic. inter Imag. (Navagerius)[6]) 1561 Jun. 3, tr. ad tt. s. Pancr.[7]) 1562 Jul. 6, ad ... 1562 Aug. 31, ad tt. s. Sus. 1565 Febr. 7, [adm. Veronen.], † ex. C. R. 1565 Apr. 13[8]).

21. **Hieronymus (Austriacus) de Corrigio**, nobilis Lombardus = diac. tt. s. Joan. a. Port. lat. (de Corrigio vel Corrigiensis)[9]) 1561 Jun. 3, tr. ad tt. s. Steph. in Coel. M. 1562 Maii 5, ad tt. s. Mart. in Mont. 1568 Maii 14, ad tt. s. Priscae 1570 Jun. 9, ad tt. s. Anastasiae 1570 Jul. 3, [aep. Tarentin.], † in C. R. 1572 Oct. 9[10]).

22. **Daniel Barbarus**, patr. Aquilegien. = reserv. in pect.[11]) 1561 Febr. 26, nec unquam publicatus esse videtur.

---

[1]) AC 10 f. 12': 1568 Maii 6 *Bernardus Salviatus* Florentinus pbr. card. miles Hospital. (s. Joh. Hierosol.) et prior Romae, obiit in suius aedibus transtiberinis; cr. a Pio IV. 1561 Febr. 26 ex. ep. s. Papuli.

[2]) Cf. p. 38 not. 2.

[3]) AC 10 f. 50: 1569 Nov. 8 *card. Hosius*, qui tum primum ad Urbem venerat, admissus est ad osculum. — f. 55': 1570 Jan. 11 idem ad omnia iura ac vota admissus est sine oris conclusione et aperitione respectu magnorum eius meritorum in concilio Trid. et alias perpetratorum.

[4]) AC 10 f. 141 (1574 Jan. 8): card. Warmien. hoc loco nominatur maior poenitentiarius, quocum agendum esse dicit S. S. de iubilaeo instituendo pro nationibus exteris.

[5]) AC 10 f. 281: 1579 Aug. 5 obiit Capranicae (d. Sutrin.) *Stanislaus Hosius* Polonus ep. Warmien., S. R. E. pbr. card., maior poenitentiar.; cr. a Pio IV 1561 Febr. 26, a quo Tridentino concilio legati nomine praefectus. Annum agebat LXXV, sep. in suo titulo.

[6]) AC 9 f. 157: 1566 Nov. 14 nocte sequenti Romae in suis aedibus montis Caballi mortuus est card. *Petrus Franc. Ferrerius.*

[7]) AC 9 f. 135' seq.: 1566 Febr. 1 consistorium publicum pro excipiendo *Antonio Perenotio card. Grantvelio*, qui biduo ante in Urbem venerat ad villam Mediceam in monte Mauro; qui nunquam post creationem Romae fuerat. — f. 136: Febr. 8 eidem os clausum et (f. 137) Febr. 15 apertum est. — Cf. p. 43 ad 1567 Oct. 17.

[8]) Cf. p. 43 ad 1570 Febr. 10.

[9]) AC 11 f. 52': 1586 Sept. 20 *Ant. Granvellanus* Burgundus, ecclesiae metrop. Bisuntin. praefectus, card. Sabinus, Madritii diem extremum clausit.

[10]) AC 9 f. 84' seq.: 1563 Jun. 26 *Lud. card. Estensis* exceptus est, qui fuerat creatus cardin. 1561 Febr. 26 et antea Romam non venerat neque pileum habuerat. — AC_1 8 f. 147' et AC 9 f. 85 seq.: 1563 Julii 30 eidem os claufum et 1563 Aug. 18 apertum est. — AC 10 f. 127': 1573 Febr. 23 *Ludovicus card. Estensis* hoc loco nominatur protector Galliae.

[11]) AC 11 f. 52': 1586 Dec. 30 *Aloys. de Este*, princeps Ferrariae, archidiac. card. Romae obiit.

---

[1]) AC 10 f. 40': 1569 Febr. 9 card. Madrutius paulo ante venerat in Urbem. — AC 10 f. 132, 181' (1573 Maii 29, 1575 Aug. 3) nominatur protector Germaniae. — L. c. f. 320' seq.: 1582 Mart. 5 *Ludov. card. Madrutius* legatus deputatur ad caesarem in Germaniam ad conventum Augustanum proxime celebrandum; f. 321': Mart. 14 crux ei data est de more. — L. c. f. 328': 1582 Dec. 10 card. *Madrutius* legatus ex Germaniae brevi ante reversus de legatione sua refert.

[2]) AC 9 f. 113: 1565 Jan. 19 ex ordine diac. tr. ad ord. pbr. ipso petente. — AC 10 f. 6: 1568 Febr. 3 *card. de Aragonia* ad eccl. Militen. profectus est.

[3]) AC 9 f. 98 seq.: 1564 Maii 26 admissus est *card. Pacecus*, qui paucis ante diebus Romam venerat. — AC_1 8 f. 165' (AC 9 f. 98'): Eodem die datus est ei pileus et Jun. 9 os clausum. — AC_1 8 f. 166 (AC 9 f. 99): 1564 Jun. 21 eidem papa os aperuit. — AC_1 8 f. 170': 1564 Jul. 14 datur ei annulus.

[4]) Cf. p. 32 not. 1. — Sch. Ind. 555: 1557 Jul. 4 card. *Pacecus* inquisitor gener.

[5]) AC 10 f. 281: 1579 Aug. 23 obiit in Hisp. pbr. card. *Franc. Pacecus* et aep. Burgen., cr. a Pio IV, sexagenario maior, sepultus est in partibus.

[6]) AC 9 f. 44: 1561 Jun. 2 card. Navagario conceditur locus presbyteri.

[7]) Cf. p. 27 col. 2 not. 7.

[8]) AC 9 f. 122: 1565 Maii 31 festo ascens. Domini nuntiatum est Romae *card. Navagerium* obiisse Veronae morte repentina; erat iam senex et mala valetudine affectus, magnae auctoritatis tum Romae tum Venetiis; cr. a Pio IV, legatus etiam in conc. Trid.

[9]) AC 9 f. 44: 1561 Jun. 2 *cardinali de Corregio* concessus est ordo pbr.

[10]) AC 10 f. 122': 1572 Oct. 9 Romae obiit *Hieron. Austriacus* ex dominis Corigii, pbr. card., aep. Tarentin., vir ob singularem morum suavitatem toti aulae gratissimus; cr. a Pio IV, annum agebat LXIII.; sepultus solemni funere ad s. Silvestrum clericorum regularium.

[11]) AC 9 f. 37' et AC_1 8 f. 75.

e) *in tertia promotione 1563 Jan. 6 habita*[1]).

23. **Federicus Gonzaga**, nobilis Mantuanus = tt. s. Mariae novae[2]) (Mantuanus) 1563 paulo post Mart. 4, [ep. Mantuan.], † ex. C. R. 1565 Febr. 21[3]).

24. **Ferdinandus de Medicis**, fil. ducis Florentiae, cler. Florentin. = diac. tt. s. Mar. in Domn. (de Medicis)[4]) 1565 Maii 15, tr. ad tt. s. Eustachii 1585 Maii 10, ad tt. s. Mariae in Via lata 1587 Jan. 7, resign. 1588 Nov. 28[5]).

d) *in quarta promotione 1565 Mart. 12 habita*[6]).

25. **Hannibal Bozzutus**, aep. Avinionen., clericus cam. aplic. = tt. s. Silvestri in Cap. (Bozzutus) 1565 Maii 15, † ex. C. R. 1565 Oct. 6[1]).

26. **Marcus Antonius Columna** (Colonna) sen., aep. Tarentin. = tt. ss. XII Apost. (Columna)[2]) 1565 Maii 15, tr. ad tt. s. Petri ad Vinc.[3]) 1580 Dec. 5, ad tt. s. Laur. in Luc. 1586 Oct. 13, ad Praenestin. 1587 Maii 11, [aep. Salernitan.], † ex. C. R. 1597 Mart. 14.

27. **Ptolomaeus (Bartholomaeus) Gallius**, aep. Sipontin., prius ep. Marturanen., secretarius papae primarius = tt. s. Theodori (Comensis vel Novocomensis) 1565 Maii 15, tr. ad tt. s. Pancr. 1565 Sept. 7, ad tt. s. Agathae 1568 Maii 14, ad tt. s. Mariae de Pop. 1587 Apr. 20, ad Albanen. 1587 Dec. 2, ad Sabinen.[4]) 1589 Mart. 2, ad Tusculan. 1591 Mart. 20, † in C. R. 1607.

28. **Angelus Nicolinus**, aep. Pisan. = tt. s. Calixti (Nicolinus)[5]) 1565 Maii 15, † ex. C. R. 1567 Aug. 15[6]).

29. **Aloisius de Pisanis**, ep. Paduan., clericus cam. aplic. = tt. s. Vitalis (Paduanus) 1566 Febr. 8, tr. ad tt. s. Marci 1568 Jun. 2, † ex. C. R. 1570 Jun. 3[7]).

30. **Prosper Sanctacrucius** (Santacroce), ep. Chissamen., auditor rotae, nuntius S. S. apud regem christmum = tt. s. Hieron. Illyr. (de sancta Cruce) 1566 Febr. 8, tr. ad tt. s. Mariae Angel. 1570 Apr. 12, ad tt. s. Adriani[8]) 1574 Maii 5, ad tt. s. Clem. 1583 Mart. 4, ad Albanen. 1589 Mart. 2, [aep. Arelaten.], † in C. R. 1589 Nov. 8[9]).

31. **Zacharias Delfinus**, ep. Pharen., nuntius S. S. apud imper. = tt. s. Mariae in Aquiro (Delfinus)[10]) 1565 Sept. 7 (al. 1566 Febr. 8), tr. ad tt. s. Steph. in Coel. M. 1578 Apr. 16, ad tt. s. Anastasiae 1579 Aug. 17, † in C. R. 1584 Ian. 9.

---

[1]) AC₁ 8 f. 135: 1563 Jan. 6 S. S. creavit et publicavit novos cardinales: Federicum Gonzaga, fratrem ducis Mantuani, pbr., Ferd. Medicis, filium ducis Florentiae, diac.

[2]) Cf. p. 19 col. 2 not. 6. — 1563 Mart. 27 *Federicus card. Mantuanus* receptus est et iuramentum solvit consuetum. — f. 83: Mart. 31 eidem os clausum est. — Sch. Ind. 555: 1564 idem constituitur legatus Mantuae.

[3]) L. c. f. 116': 1565 Febr. 21 hora XIII. Mantuae obiit *Federicus Gonzaga* pbr. card. Mantuanus aetatis XXX ann., cr. a Pio IV absens; postea paucis diebus Romae fuit.

[4]) AC 9 f. 120: 1565 Maii 11 *card. Medices* appulit ad Urbem, ubi aliquot dies permansit. — f. 120 seq.: Maii 15 eidem datur pileus et os clausum et (f. 121') Maii 18 apertum est. — AC 11 f. 3 (1584 Jan. 9): hoc loco nominatur protector Hispaniae.

[5]) AC 11 f. 98' seqq.: 1588 Nov. 28 advenit in consistorio Nicolaus Tornabonius ep. Burgi s. Sepulcri a *Ferdinando Medices* card., magno duce Etruriae, ad S. S. missus cum literis et mandatis super negotio cessionis et dimissionis dignitatis cardinalatus (die XVIII Nov. factae), qui mortuo Francisco magno duce, fratre eius, nulla mascula prole relicta ei successit. Itaque per Caesarem Marsilium advocatum consistorialem a S. S. petiit, ut dignitati resignare et familiam matrimonio rite contracto propagare sibi liceat. — AC₂ 14 f. 249 seqq.: *Ferd. diac. card. de Medicis*, clericali caractere (non tamen sacris ordinibus) insignitus, uti magnus Etruriae dux per procuratores Nicol. Tornabonum et Joanem Nicolinum dignitati resignavit et cardinalatui omnibusque beneficiis.

[6]) AC 9 f. 117 seq.: 1565 Mart. 12 a S. S. XXIII novi cardinales creati ac publicati sunt, quorum nomina sequuntur. *Presbyteri:* Hannibal Bozzutus aep. Avinionen., clericus cam. aplic., Neapolitanus, praesens; Marc. Ant. Columna aep. Tarentin., Romanus, praes.; Ptolomaeus Gallius aep. Sipontin., secretarius papae primarius, Comensis, praes.; Angelus Nicolinus aep. Pisarum, Florentinus, absens; Aloisius de Pisanis ep. Paduan., Venetus, clericus cam. aplic., absens; Prosper Sanctacrucius ep. Chissamen., auditor rotae, nuntius papa apud regem christianissimum, Romanus; Zacharias Delfinus ep. Pharen., nuntius papae apud imperat., Venetus; Marc. Ant. Boba ep. Augusten., Allobrox, absens; Hugo Boncompagnus ep. Vestan., praefectus signaturae gratiae, Bononiensis, praesens; Alexander de s. Flora ep. Parmen., clericus cam. aplic., Romanus, praesens; Simon Pasqua ep. Sarzanen., medicus papae, Senensis, praesens; Flavius Ursinus ep. Muran., auditor cam. aplic., Romanus, praesens; Carolus Vicecomes ep. Vintimilien., datarius, Mediolanensis, praesens; *diaconi:* Franc. Alciatus el. Arien. (?), datarius, Mediolanensis, praesens; Franc. Abundius de Castillione ep. Bobien., Mediolanensis, absens; Guido Lucas Ferrarius ep. Vercellen., nuntius papae apud Venetos, Iporegiensis; Alexander Crivellius ep. Cariaten., nuntius papae apud regem cathol., Mediolanensis; Ant. Creccius ep. Ambianen. Gallus, absens; Joan. Franc. Commendonus ep. Zacyntin., nuntius apud regem Poloniae, Venetus; Benedictus Lomellinus, clericus cam. aplic., Genuensis, praesens; Gulielmus Syrletus, protonot. aplic., oppidi Stili in Calabria, praesens; Gabriel Paleottus, auditor rotae, Bononiensis, praesens; Franc. Crassus, protonot. aplic. et gubernator Bononiae, Mediolanensis. — XII cardinales praesentes acceperunt eodem die birettum rubrum et (f. 118) Mart. 17 pileum. — f. 118 seq.: 1565 Apr. 13 iisdem os clausum et (f. 119') in eodem consist. apertum est. — AC 9 f. 133': 1566 Jan. 22 excepti fuerunt cardinales *Paduanus, Sanctacrucius, Boba, Cribellius*, qui, licet fuissent creati a fel. rec. Pio IV, nondum habuerant pileos; deinde fuerunt deducti in capellam Pauli III, nam capella Xisti minabatur ruinam. — L. c. f. 134: 1566 Jan. 23 os clausum est *Paduano, Sanctacrucio, Delfino, Bobae, Cribellio, Vercellensi, Castelliono et Crasso*, qui nondum fuerant admissi ad consistor. secretum. f. 136': 1566 Febr. 8 eisdem os apertum est et acceperunt titulos denominationis.

[1]) AC 9 f. 127': 1565 Oct. 6 hora XXIII obiit *Hannibal card. Bozzutus* in loco Chiacae prope Neapolim, qui paucis ante diebus recesserat ad levandam magnam calculi aegritudinem, qua graviter diu Romae laboraverat; fuerat clericus cam. aplic. aliquot annis, quo in magistratu prudenter et iuste se egerat; ortus nobili familia, iurisconsultus, prudens et suavibus moribus praeditus, annum agebat ca. L. Obitus nuntiatus est Romae die VIII. Octobris.

[2]) AC 10 f. 7: 1568 Febr. 20 *card. Columnius* paulo ante profectus est ad suam ecclesiam. — Cf. infra p. 45 not. 3 ad 1574 Dec. 24.

[3]) L. c. f. 312: 1581 Oct. 25 idem deputatur legatus Marchiae. — Cf. 38 col. 2 not. 6 et infra ad 1586 Jun. 2 ac 1586 Jul. 4.

[4]) AC₂ 14 f. 167: 1589 Mart. 2 papa, eo ecclesiam Sabinen. optante, reservat ius super prioratu s. Joan. de Palumbara pro card. Alfonso Gesualdo (X, 9).

[5]) AC 9 f. 120: 1565 Maii 11 *card. Nicolinus* appulit ad Urbem, ubi aliquot dies mansit; Maii 15: idem accepit pileum; f. 120': Maii 15 eidem os clausum et Maii 18 apertum est (f. 121').

[6]) AC 9 f. 169: 1567 Aug. 18 nuntiatum fuit Romae obiisse die XV hora XVIII, in civitate Senarum, ubi morabatur, *Angelum card. Nicolinum* Florentinum, qui excedebat iam annum aetatis LXX; fuerat iurisconsultus et magni iudicii et apud ducem Florentiae magnae existimationis et auctoritatis; cr. a Pio pp. IV.

[7]) AC 10 f. 66': 1570 Jun. 3 obiit Venetiis *Aloisius card. Pisanus*, Venetus, pbr. card. de Padua nuncup., cr. a Pio pp. IV, cum esset ep. Paduan. et cam. aplic. clericus; annum agebat XLVIII.

[8]) Cf. infra p. 45 not. 3 ad 1576 Dec. 17.

[9]) AC 11 f. 131'.

[10]) AC 9 f. 158': 1566 Dec. 11 papa decrevit, ut *card. Delfinus*, quem extra Urbem degentem ad se revocaverat, nisi infra certum tempus rediisset, censeretur privatus voce act. et pass.

32. **Marcus Antonius Bobba**, ep. Augusten. (Aosta) = tt. s. Silvestri in Cap. (Bobba) 1566 Febr. 8, tr. ad tt. s. Marcelli 1572 Jun. 2, † in C. R. 1575 Mart. 18[1]).

33. **Hugo Boncompagnus**, ep. Vestan., praefectus signaturae gratiae = tt. s. Sixti[2]) (Boncompagnus) 1565 Maii 15, ass. ad Pont., nom. Gregorius pp. XIII, 1572 Maii 13.

34. **Alexander Sfortia de s. Flora**, ep. Parmen., clericus cam. aplic. = tt. s. Mariae in Via (de s. Flora)[3]) 1565 Maii 15, † ex. C. R. 1581 Maii 16.

35. **Simon Pasqua**, ep. Sarzanen., medicus S. S. = tt. s. Sabinae (Sarzanensis) 1565 Maii 15, tr. ad tt. s. Pancr. 1565 Sept. 4, † in C. R. 1565 Sept. 4[4]).

36. **Flavius (Fulvius) de Ursinis** (Orsini), ep. Muran., auditor cam. aplic. = tt. s. Joannis a. Port. lat. (Ursinus) 1565 Maii 15, tr. ad tt. ss. Marcell. et Petri[5]) 1565 Nov. 17, ad tt. s. Priscae 1578 Jul. 9, [ep. Spoletan., adm. Cusentin.], † ex. C. R. 1581 Maii 16.

37. **Carolus de Vicecomitibus** (de' Visconti), ep. Vigintimilien. = tt. ss. Viti et Mod. (Vicecomes) 1565 Maii 15, [adm. Feretran.], † in C. R. 1565 Nov. 12[6]).

38. **Franciscus Alciatus**, el. Civitaten., datarius = diac. tt. s. Luciae in Septisol. (Civitatensis) 1565 Maii 15, tr. ad tt. s. Sus.[7]) 1565 Jun. 3, tr. ad tt. s. Mariae in Port.[8]) 1569 Maii 13, poenitentiarius maior[9]), † in C. R. 1580 Apr. 20[10]).

39. **Franciscus Abundius de Castillione**, ep. Bobien. = diac. tt. s. Nic. inter Imag. (Castillionus) 1566 Febr. 8, † in C. R. 1568 Nov. 14[11]).

[1]) AC 10 f. 189: 1575 Mart 18 obiit Romae *M. Ant. Bobba* Casalensis pbr. card., signandis brevibus pontificiis praefectus; cr. ad Pio IV, cum esset ep. Augustae Taurinorum; sepultus ad s. Mariam Angel. apud Cartusianos, quorum protector fuerat.

[2]) AC 9 f. 124: 1565 Jul. 13 *Hugo card. Boncompagnus* creatur legatus de lat. ad Hispaniam pro cognoscenda causa aep. Toletani detenti in carceribus ad instantiam inquisitorum haereticae pravitatis. — Sch. Ind. 555: 1565 eid. conced. ius testandi.

[3]) AC 10 f. 55: 1570 Jan. 5 Alex. card. Sforza deputatur legatus de lat. provinciarum Bononiae et Romandiolae; profectus est in suam legationem 1570 Jan. 11. — Cf. p. 45 not. 3 ad 1574 Dec. 24 et ad 1576 Dec. 17.

[4]) AC 9 f. 126': 1565 Sept. 4 nocte sequ. obiit in palatio aplic. *Simon card. Pasqua*, ep. Lunen. et Sarzanen., annum agens LXXIV, qui fuerat arte medicus, latine et graece doctus; cr. a Pio IV, tunc ep. Sarzanen., interfuerat concilio Trid.

[5]) AC 10 f. 112': 1572 Aug. 27 *card. Ursinus* deputatur legatus ad regem christianissimum et (f. 113') Sept. 5 ei crux data est legationis; f. 136 (1573 Sept. 7) nominatur protector Franciae, f. 294' (1580 Oct. 12) protector Hiberniae, f. 304 (1581 Febr. 13) protectur Belgiae.

[6]) AC 9 f. 131: 1565 Nov. 12 hora II noctis sequ. obiit Romae in Monte Caballo in aedibus sitis prope Caballos, ubi a praeterita aestate gravi et longa aegritudine laboraverat, *Carolus pbr. card. Vicecomes*, Mediolanensis, integrae adhuc aetatis; cr. a Pio IV 1565 Mart. 12.

[7]) AC 10 f. 76 (1570 Oct. 20) card. Alciatus nominatur viceprotector Portugalliae, f. 144' (1574 Febr. 12) protector Hiberniae.

[8]) Cf. p. 32 not. 1. — AC 10 f. 47: 1569 Jun. 22 transit ad ord. pbr.

[9]) AC 10 f. 47.

[10]) AC 10 f. 299: 1580 Apr. 20 obiit Romae *Franc. Alciatus* Mediolanensis pbr. card., iurisconcultus excellentis doctrinae; cr. a Pio IV, cum esset datarius et electus Civitaten. in regno Neapolitan. (cfr. *Gams* p. 923 s. v. *San Severo)*; sepultus ad s. Mariam Angel. apud Cartusianos, quorum protector erat.

[11]) AC 10 f. 23: 1568 Nov. 14 obiit Romae *Franc. Abundius* pbr. card. Castillionus, Mediolanensis, cr. a Pio IV, primum ep. Bobien., interfuit synodo Trid.; sepultus ad b. Mariam de Populo.

40. **Guido Lucas Ferrerius**, ep. Vercellen., nuntius S. S. apud Venetos = diac. tt. s. Euphemiae (Vercellensis) 1566 Febr. 8, tr. ad tt. ss. Viti et Mod.[1]) 1566 Mart. 6, † in C. R. 1585 Maii 16[2]).

41. **Alexander Crivellius**, ep. Cariaten., nuntius S. S. apud regem cathol. = diac. tt. s. Joannis a. Port. lat. (Crivellius) 1566 Febr. 8, tr. ad tt. s. Mariae in Ara Coeli 1570 Nov. 20, † in C. R. 1574 Dec. 22[3]).

42. **Antonius de Crequi**, ep. Ambianen., prius ep. Morinen., Nanneten. = diac. tt. s. Tryphonis[4]) (Creccius vel Crecciensis) 1566 Mart. 13, † ex. C. R. 1574 Jun. 20[5]).

43. **Joannes Franciscus Commendonus**, ep. Zacynthen., nuntius S. S. apud regem Poloniae = diac. tt. s. Cyriaci in Therm.[6]) (Commendonus) 1566 Nov. 15, tr. ad tt. s. Mariae Angel. 1574 Jul. 5, ad tt. s. Anastasiae 1584 Jan. 9, ad tt. s. Marci 1584 Maii 14, † ex. C. R. 1584 Dec. 26[7]).

44. **Benedictus Lomellinus**, clericus cam. aplic. = diac. tt. s. Mariae in Aquiro (Lomellinus vel Anagninus) 1565 Maii 15, tr. ad tt. s. Sabinae[8]) 1565 Sept. 7, [ep. Vigintimilien., Lunen.-Sarzanen., Anagnin.], † in C. R. 1579 Jul. 26[9]).

45. **Guilelmus Syrletus**, protonot. aplic. = diac. tt. s. Laur. in Panisp. (Syrletus)[10]) 1565 Maii 15, [adm. s. Marci, Squillacen.], † in C. R. 1585 Oct. 6[11]).

46. **Gabriel Paleottus**, auditor rotae = diac. tt. ss. Nerei et Ach. (Paleottus)[12]) 1565 Maii 15, tr. ad tt. ss.

[1]) AC 10 f. 312: 1581 Oct. 25 *card. Vercellen.* deputatur leg. Romandiolae.

[2]) AC 11 f. 34: 1585 Maii 16 obiit Romae pbr. card. Guido Ferrerius Vercellensis nuncup., sepultus ad s. Mariam Maiorem.

[3]) AC 10 f. 166': 1574 Dec. 22 obiit Romae *Alex. Crivellius* Mediolanensis pbr. card., cr. a Pio IV 1565 Mart. 12, cum esset ep. Geruntin. et Cariaten. et nuntius S. S. in Hisp.; annum agebat LXV, sepultus in suo titulo in sepulcro, quod sibi vivus fecerat.

[4]) AC 9 f. 138' seq.: 1566 Febr. 21 consistorium publ. ad excipiendum *Ant. card. Creccium* Gallum; accepit pileum, quem nondum acceperat, quamvis creatus esset a Pio IV. — f. 139': Mart. 6 eidem os clausum est.

[5]) AC 10 f. 166': 1574 Jun. 20 in Gallia obiit Ant. Creccius pbr. card., Gallus, ep. Ambianen.

[6]) AC 9 f. 134': 1566 Jan. 23 *card. Commendonus* creatur legatus de lat. in Germaniam et praesertim ad conventum Augustan. proxime habendum. — f. 156': 1566 Nov. 5 card. Commendonus receptus est, creatus a Pio IV, dum fungeretur officio nuntii apud regem Poloniae, et deinde creatus est legatus a Pio V ad conventum Augustanum; tunc primum ad Urbem post creationem suam venit. — Nov. 8: eidem os clausum est. Cf. p. 43 ad 1567 Oct. 17. — AC 10 f. 14: 1568 Maii 14 idem paulo ante Veronam profectus est. — f. 20' seq.: 1568 Sept. 17 idem deputatur legatus de lat. ad caesarem. — f. 92: 1571 Jun. 18 idem deputatur legatus ad caesarem et regem Poloniae.

[7]) AC 22 f. 14: 1584 Dec. 26 obiit Patavii *card. Commendonus.* — Sch. Ind. 555: Jam in translatione ad tt. s. Marci aegritudine affectus erat.

[8]) AC 10 f. 8: 1568 Febr. 27 *card. Lomellinus* paulo ante profectus est ad suam eccl. Sarzanen. — f. 50: 1569 Nov. 14 idem pridie ad Urbem venerat.

[9]) AC 10 f. 281: 1579 Jul. 26 obiit Romae *Bened. card. Lomellinus* Genuensis, ep. Anagnin.; ex abbreviatore maioris parci factus est cam. aplic. clericus, denique in card. ordinem ascitus a Pio IV; annum agebat LXII, sepultus ad s. Gregorium in clivo Scauri.

[10]) AC 9 f. 129': 1565 Oct. 26 *card. Syrletus* transit ad ord. pbr.

[11]) AC 11 f. 34: 1585 Oct. 6 obiit Romae *Guil. pbr. card. Syrletus*, natione Calaber Stilensis, vir excellenti doctrina et pietate; cr. a Pio IV 1565 Mart. 12, sepultus in suo titulo. — 1572 Mart. 18 a Pio V. cr. bibliothecarius bibl. Vaticanae.

[12]) AC 9 f. 135: 1566 Jan. 30 *card. Paleottus* transit ad ord. pbr.

Joan. et Pauli 1565 Sept. 7, ad tt. s. Mart. in Mont.[1]) 1572 Jul. 4, ad tt. s. Laur. in Luc. 1587 Maii 11, ad Albanen. 1589 Nov. 8, ad Sabinen. 1591 Mart. 20, [aep. Bononien.], † in C. R. 1597 Jul. 23.

[1]) AC 10 f. 110: 1572 Jul. 4 *card. Paleotto* os clausum et apertum est in uno eodemque consistorio.

[2]) AC 9 f. 129': 1565 Oct. 26 *card. de Grassis* transfertur ad ord presbyteralem ab ord. diaconali.

47. **Franciscus Crassus**, auditor rotae, gubernator Bononiae = diac. tt. s. Luciae in Septisol. (Crassus vel de Grassis)[2]) 1566 Febr. 8, tr. ad tt. s. Euphemiae 1566 Mart. 6, † in C. R. 1566 Aug. 29[3]).

[3]) AC 9 f. 153: 1566 Aug. 29 mane obiit Romae apud montem Jordanum *Franc. card. Crassus*, nobilis Mediolanensis et senator. homo provectae iam aetatis, doctus et multae experientiae; cr. a Pio IV 1565 Mart. 17 (sic!).

XI. Pius V.

antea Michael Gislerius pbr. card. tt. s. Mariae supra Min., Alexandrinus (IX, 14), electus[1]) 1566 Jan. 7, publ.[2]) eod. die, coronatus[3]) Jan. 17, † 1572 Maii 1[4]).

[1]) AC 9 f. 132: 1565 Dec. 20 cardinales ingressi sunt in conclave, quod clausum fuit hora V noctis. — Dec. 21: celebravit missam card. Moronus (VI, 40) et omnes cardinales communicarunt. Postea fuit celebratum scrutinium et similiter sequentibus diebus, ipso die Nativitatis non excepto. — f. 132': 1566 Jan. 7 die Lunae pransi sunt cardinales ca. horam XX, deinde coeptum est agi de creando in papam rev^mo^ *Michaele Gislerio O. Pr. card. Alexandrino*, qui olim fuerat commissarius inquisitionis, deinde a Paulo IV ep. Nepesin. primo, demum card. creatus. Hora XXII omnes cardinales congregati in capella Pauli III et suo loco sedentes card. Alexandrinum in papam elegerunt et ipse consensit. Postea non fuit alterum scrutinium, sicut alias fiebat, cum non esset necessarium: qui mos, ut puto, semper hoc exemplo in futurum servabitur.

[2]) L. c. f. 132': 1566 Jan. 7 publicaverat papam *Pium V* de more card. Urbinas (VI, 66) et nomen ab ipso assumptum dixerat. Erant in conclavi ultra ipsum electum cardinales LI, quorum Ferrariensis (VI, 26) et Ferrerius (X, 40) ob indispositionem adesse creationi non poterant, sed votum suum in scriptis miserunt; XLIX aliorum, qui aderant, haec sunt nomina: Pisanus (III, 38), Moronus (VI, 40), Tridentinus (VI, 47), Farnesius (VI, 1), Crispus (VI, 60), Corneus (VII, 4), Saracenus (VII, 5), Politianus (VII, 6), Cicada (VII, 13), Rebiba (IX, 5), Reumanus (IX, 6), Capisuccus (IX, 8), Aracoeli (IX, 15), Sabellus (VI, 38), Serbellonus (X, 1), Cornelius (VII, 15), Salviatus (X, 12), Simoneta (X, 6), Pacecus (X, 19), de Corrigio (X, 21), de Gambara (X, 10), Borromaeus (X, 2), Altaemps (X, 7), Gesualdus (X, 9), Sermoneta (VI, 20), de Aragonia (X, 18), Columna (X, 26), Comensis (X, 27), Nicolinus (X, 28), Paduanus (X, 29), Delfinus (X, 31), Sforzia (X, 34), Ursinus (X, 36), Bobba (X, 32), Lomellinus (X, 44), Vercellensis (X, 14), Castellionus (X, 39), Crassus (X, 47), Syrletus (X, 45), Urbinas (VI, 66), de Monte (VII, 1), Simoncellus (VII, 20), Vitellius (IX, 17), Estensis (X, 16), Madrutius (X, 17), de Medicis (X, 24), Alciatus (X, 38), Paleottus (X, 46). NB: Nomina sunt numero XLVIII. — Absentes igitur erant: Cauriensis (VI, 49), de Armaignaco (VI, 51), Augustensis (VI, 53), Ulixbonensis (VI, 63), de Guisa (VI, 65), Borbonius (VI, 67), Senonensis (VII, 18), Tranensis (IX, 3), de Strozziis (IX, 11), Burdaesius (X, 5), Amulius (X, 11), Warmiensis (X, 13), Granvellanus (X, 15), Cruce (X, 30), Boncompagnus (X, 33), Crivellius (X, 41), Creccius (X, 42), Commendonus (X, 43). — AC 9 f. 133: 1566 Jan. 12 congregatio gener. coram electo, cui interfuerunt dicti cardinales praeter Tridentinum (VI, 47), Ferrerium (X, 40) et Ferrariae (VI, 26).

[3]) AC 9 f. 133: 1566 Jan. die 17, qui natalitius papae esse ferebatur, papa descendit ad porticum s. Petri, ubi recepit canonicos s. Petri ad osculum pedis, deinde in capella s. Gregorii fecit solitas ceremonias et postea in capella s. Petri celebravit missam solemnem; descendit deinde ad scalas s. Petri et sub Porticu rotae, ubi apparatus factus erat, *hora XXII fuit coronatus* a card. Urbinate (VI, 66). Recepit postea cardinales in prandio in prima aula Innocentii VIII. Pecunias, quae solebant proiici populo, mandavit distribui in elemosynas. Erant eo die Roma supradicti LI cardinales et praeterea Augustanus (VI, 53), Sanctacrucius (X, 30) et Crivellius (X, 41), qui postea venerant, et sic erant LIV.

[4]) L. c. f. 105: 1572 Maii 1 paulo post hora XXII. Pius V post XLV et eo amplius dierum ex calculo gravem morbum diem extremum clausit; annum agebat LXVIII; sedit annos VI, menses III, dies XXIV; Maii 3, sabbato, in basilica Vatic. inchoatae sunt novendiales exequiae. — AC_2 14 f. 109': 1588 Jan. 9 corpus pontificis Pii V transfertur ab ecclesia s. Petri ad basil. s. Mariae maioris; die praeced. Sixtus pp. V in consistorio de hac re verba fecit (cf. p. 49 *adnot. et decr. Sixti V* ad diem 1588 Jan. 8). *Quaedam adnotationes et decreta Pii V ex actis consist. deprompta.* AC 9 f. 134: 1566 Jan. 23 *Papa deputavit* cardinales *Moronum* (VI, 40), *Perusinum* (VII, 4) et *Pisanum* (III, 38) ad vocandum nomine S. S. ad se omnes aepos. et epos. aliosque praelatos, qui Romae erant, eisque ingerendum, ut unusquisque ad suam ecclesiam ad faciendam *residentiam* quam primum ire maturarent. — AC 9 f. 134 seq.: eod. die *revocavit privilegia*, quae „Franchiae" appellantur, tam cardinalibus quam principum oratoribus ac domicellis et aliis concessa recipiendi et hospitandi ac reddendi tutos in suis palatiis homicidas ac alios facinorosos et scandalosos homines. — AC 9 f. 134': 1566 Jan. 27 die dominico *papa profectus est a palatio* ad Lateranum comitantibus XLI cardd. et XXX praelatis et praeeuntibus familiis cardinalium, officialibus et curialibus necnon oratoribus principum et domicellis; in porticu ecclesiae excepit canonicos ad osc. pedis. Audivit aep. Maffeum, vicarium illius ecclesiae, qui ei ecclesiam commendavit, et ingressus veneratus est capita apostolorum, quae ostensa sunt populo ...; benedixit populo publice concedendo praesentibus indulgentiam plenariam in forma ecclesiae consueta et facta postea oratione in sacello ad sancta sanctorum rediit in palatium. — AC 9 f. 134': 1566 Jan. 30 *papa revocavit* omnes *legationes* Italiae praeter Viterbii et Patrimonii, quam Alexander card. Farnesius (VI, 1), S. R. E. vicecancellarius, ex causa onerosa obtinebat, et revocavit etiam omnia gubernia terrarum et locorum ecclesiae. — L. c. f. 135': 1566 Jan. 30 decrevit, quod tituli non possent resignari in praeiudicium aliorum nec reservari domus sive palatia titulorum neque collationes beneficiorum vel aliorum. — L. c. f. 137': 1566 Febr. 15 S. S. proposuerat dubium, *an pro palliis deberet aliquid solvi;* ad discussionem dubii deputavit cardinales Moronum (VI, 40), Perusinum (VII, 4) et Aracoeli (IX, 15), ut convocatis sibi visis theologis et canonistis rem declararent. — L. c. f. 139': 1566 Mart. 6 *hortatus est* cardinales, ut die sequ. ad ecclesiam b. M. supra Minervam irent ad celebrandam solemnitatem s. Thomae de Aquino. — L. c. f. 140': 1566 Mart 13 *papa dixit* se in toto orbe christiano concessisse amplissimum *jubilaeum* publicandum die dominica III. quadragesimae pro implorando dei auxilio contra iniurias infidelium. — L. c. f. 140 eod. die hortatus est cardinales, ut suas ecclesias visitarent. — L. c. f. 142: 1566 Apr. 3 papa applicavit *casale Conchae* nuncupatum officio inquisitionis in Urbe, quod olim ad monasterium Cryptae Ferratae districtus Urbis pertinebat et per fel. rec. Pium pp. IV ab ipso monasterio ex rationabilibus tunc expressis causis dismembratum fuerat. — L. c. f. 144: 1566 Apr. 26 decretum, quod advocati consistor. pro *pallio* petito non possent sumere in posterum plus quam 4 scutos (!) — L. c. f. 146: 1566 Maii 15 papa mandavit, ut cardinales considerarent, an iuxta conc. Trid. ecclesiae et monasteria consistorialia possent expediri in uno consistorio vel deberent in uno proponi et in altero expediri. — L. c. f. 146 eod. die mandavit cardinalibus Politiano (VII, 6) et de Pisanis (X, 29) curam inveniendi aliquem locum in palatio aplic. pro *archivio* scripturarum sacri collegii. — L. c. f. 150: 1566 Jul. 5 decretum, quod pensiones in futurum super similibus fructibus (ecclesiarum vel monasteriorum) assignandae non excedant tertiam partem fructuum. — L. c. eod. die papa innovat bullas editas a suis praedecessoribus contra sicarios, homicidas et facinorosos homines. — L. c. f. 153: 1566 Sept. 6 dixit se velle omnino tollere ea *regalia*, quae a familiis cardinalium tam in eorum creatione quam obitu petebantur, cum res indigna et iniqua videretur, et ordinaturum se esse, ut bulla amplissima desuper expediatur. — L. c. f. 154': 1566 Oct. 7 bulla legitur de non alienandis rebus ecclesiae proxime expedienda (eod. modo f. 166: 1567 Apr. 28). — L. c. f. 160: *1567* Jan. 13 decretum mandatum, quod omnes parochi infra VIII dies vel discederent ab Urbe vel parochiales ecclesias resignarent; item, quod omnes beneficiati incederent in habitu clericali. — L. c. f. 162':

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 1566 Mart. 6 habita*[1]).

1. **Michael Bonellus** (Bonelli), S. S. pronepos, O. Pr. = tt. s. Mariae supra Minervam (Alexandrinus)[2]) 1566 Mart. 20, tr. ad tt. s. Laur. in Luc. 1589 Nov. 8, ad Albanen. 1591 Mart. 20, camerarius S. R. E., † in C. R. 1598 Mart. 28.

b) *in secunda promotione 1568 Mart. 24 habita*[1]).

2. **Didacus Spinoza**, ep. Seguntin., praesidens consilii regis cath. in Hisp. = tt. s. Barth. in Ins. (Seguntinus) 1568 Maii 14, tr. ad tt. s. Steph. in Coel. M. 1568 Aug. 20, † ex. C. R. 1572 Sept. 5[2]).

3. **Hieronymus Souchier**, generalis O. Cist., = tt. s. Matthaei in Merulana (Claravallensis)[3]) 1569 Jan. 24, † in C. R. 1571 Nov. 10[4]).

4. **Joannes Paulus ab Ecclesia** (della Chiesa), referendarius, S. S. famil. = diac. tt. s. Calixti (ab Ecclesia)[5]) 1568 Apr. 5, tr. ad tt. s. Pancr.[6]) 1568 Maii 14, † in C. R. 1575 Jan. 11[7]).

5. **Antonius Carafa**, protonot. aplic., canon s. Petri de Urbe, S. S. famil. = diac. tt. s. Eusebii (Carafa)[8]) 1568 Apr. 5, tr. ad tt. s. Mariae in Cosm. 1573 Apr. 8, ad tt. s. Mariae in Via lata 1577 Nov. 8, iterum ad tt. s. Eusebii 1583 Dec. 12, ad tt. ss. Joan. et Pauli 1584 Nov. 28 (al. 14)[9]), † in C. R. 1591 Jan. 13[10]).

c) *in tertia promotione 1570 Maii 17 habita*[11]).

6. **Marcus Antonius Maffeus**, aep. Theatin., S. S. datarius = tt. s. Calixti (Theatinus) 1570 Jun. 9, † in C. R. 1583 Aug. 22.

1567 Febr. 7 S. D. N. revocavit omnes dispositiones factas contra capitula conclavis iurata. — L. c. f. 165 seq.: 1567 Apr. 11 rev^mi Moronus (VI, 40), Perusinus (VII, 4) et Simoncellus (VII, 20) tamquam capita ordinum allocuti sunt papam, ut vellet permittere, quod *clerici* et *computista s. collegii* possent exigere solita regalia a cardinalibus tam ratione creationis quam obitus; S. S. dixit, quod exigerentur ratione creationis, sed non ratione obitus et quod pro iis cardinales poterunt augere salarium dictorum ministrorum. — L. c. f. 165': 1567 Apr. 18 S. S. prohibuit omnes indulgentias quaestuariorum. — L. c. f. 172' seq.: 1567 Oct. 17 S. D. N. cupiens subvenire regi christ^mo in motibus factis ab Hugenottis rem proposuit, et deputati sunt cardinales Moronus (VI, 40), Politianus (VII, 6), Cicada (VII, 13), Sabellus (VI, 37), Granvellius (X, 15), Commendonus (X, 43) et Vitellius (IX, 17) ad tractandum de modo. — AC 10 f. 12: *1568* Apr. 11 S. S. cardinales noviter creatos (videl. ab Ecclesia et Carafam) absolvit a visitatione antiquorum cardinalium, asserens huiusmodi discursionem per Urbem S^ti S. semper displicuisse. — AC 10 f. 15': 1568 Iun. 2 S. S. admonuit, ne visitentur cardinales, qui brevi temporis spatio a curia abfuerunt, videl. II aut III mensibus, cum huiusmodi visitationes sint praeter decorum cardinalium nec quicquam aliud operentur, nisi ut inebrientur paraphrenarii. — L. c. f. 38': *1569* Jan. 14 petente camerario, quocum multi cardinales egerant, S. D. N. *renovat constitutionem s. collegii*, qua cavetur, ne gratiae fiant nisi per fabas. — L. c. f. 46' seq.: 1569 Jun. 22 decrevit, ut infra VI menses sibi nomina exprimantur eorum, qui pensiones consequantur; secus reservatio sit irrita et nulla. — L. c. f. 57 seq.: 1570 Febr. 10 omnes *accessus* ad ecclesias a Paulo IV abrogatos et deinde a Pio IV restitutos denuo revocavit decrevitque, ne deinceps ullum locum haberent. — L. c. f. 58: eodem die emisit decretum generale de suffraganeis, ne in ea dioecesi, in qua vices gerunt, suffraganei pontificalia exerceant, nisi de consensu ipsius episcopi, quodque, si qui ex aliis dioecesibus eo venerint ad primam tonsuram minoresve aut sacros ordines promovendi, tametsi literas afferant dimissorias et approbationem a suis ordinariis sive eorum vicariis, ne illos admittant neve ordines illis conferant, nisi prius ab examinatoribus in eadem dioecesi deputatis examinati fuerint et idonei reperti. — R. c. f. 59: eodem die S. S. petente card. Granvellano camerario (X, 15) decrevit, ne gratiae expeditionis aliter ac per fabas fierent; sed si quae gratiae interdum religiosis viris pro illorum paupertate et ecclesiarum tenuitate Ste S. id petente faciendae essent, fiant illae quidem absque fabis de voto cardinalium, sed si contigerit eos, quibus eiusmodi gratiae fient, subsidium caritativum exigere, tunc quavis gratia iis facta non obstante iura omnia solvere teneantur. — L. c. f. 70': *1570* Jun. 26 S. S. decrevit, ne deinceps abbatia alicui in comm. daretur, qui non sit saltem in presbyteratu. [Nota in margine per *Silvium* secret. facta: „puto legendum: in *subdiaconatu*, sed sic (i. e. presbyteratu) erat scriptum a rev^mo camerario". Verisimilis haec conjextura et congrua videtur; nam 1574 Nov. 17 constituitur, ut commendatarius teneatur, infra VI menses sacros ordines suscipere (l. c. p. 163')]. — L. c. f. 79': 1570 Dec. 11 in consistorio deliberatur de *commendis monasteriorum* in Gallia, an expediret iuxta decr. concilii Trid. monasteria regularibus tantum dare, non in comm.; decretum est, nunc quidem nihil innovare. — L. c. f. 84': *1571* Jan. 26 S. S. decrevit, cardinalem, si creatus assensus sit, illico electioni summi pontificis sede vacante interesse posse, etiam aliis ceremoniis nondum habitis. — AC 19 f. 87 seq.: 1571 Mart. 5 dixit se numerum clericorum camerae aplic. augere velle a VII ad XII; illa officia venumdentur et, ut iis redditus assignari possint, quaedam militum collegia aboleantur. — L. c. f. 88: 1571 Mart 19 monachis, videl. familiae Cassinensis, Montis Oliveti, canonicorum regul., et ceteris huiusmodi imponit summam 400 000 duc.; cuius pecuniae comparandae causa eis facultatem dat locandi, dandi in emphyteosim, alienandi etc.

[1]) AC 9 f. 140: 1560 Mart. 6 S. S. creavit cardinalem *Mich. Bonellum* O. Pr., prof. theol., S. S. ex nepte, ex sua sorore nata, pronepotem, in XXV anno constitutum; statim ei biretum imposuit. Ca. horam XIX in sero postea ab arce s. Angeli facta sunt signa laetitiae. — f. 140': Mart. 9 datur pileus cardinali Alexandrino. — f. 141': Mart. 13 eidem os clausum et (f. 142) Mart. 20 apertum est una cum assignatione tt. s. Mariae supra Minervam.

[2]) AC 10 f. 92: 1571 Jun. 18 *card. Alexandrin.* deputatur legatus ad regem cathol. et Portugalliae. — L. c. f. 97': 1571 Nov. 16 idem absens creatur legatus de lat. ad regem christianissimum cum iisdem facultatibus, quas habet in Hispania et Lusitania.

[1]) AC 10 f. 10 seq.: 1568 Mart. 24 S. S. proposuit, creavit et publicavit novos cardinales, quorum nomina sequuntur: Didacus Spinosius, praesidens consilii regis cathol. in Hispania, Hier. Souchier, generalis O. Cist. in Gallia commorans, presbyteri, Joannes Paulus ab Ecclesia, referendarius, S. S. familiaris, Ant. Carafa, protonot. et canon. basilicae s. Petri de Urbe, S. S. famil., diaconi. — L. c. f. 10': Mart 27 S. S. admisit ad osc. pacis Joannem Paulum et Carafam, die XXIV creatos et praesentes; f. 11: Mart. 29 eisdem os clausum est et (f. 12) Apr. 5 papa iis os aperuit et titulos assignavit, ab Ecclesia tt. s. Calixti, Carafae tt. s. Eusebii.

[2]) AC 10 f. 122': 1572 Sept. 5 obiit Madritii *Didacus Spinoza* pbr. card. ep. Seguntin., consilii regii praesidens et regnor. Hispaniae summus inquisitor; cr. a Pio V, sepultus in Hispania.

[3]) AC 10 f. 28' seq.: 1568 Dec. 23 *card. Claravallensi* datus est pileus. — L. c. f. 38': 1569 Jan. 14 eidem os clausum et (L. c. f. 39') 1569 Jan. 24 apertum et tt. assignatus est.

[4]) AC 10 f. 99: 1571 Nov. 10 obiit Romae *card. fr. Hier. Souchier* Gallus, pbr. card., abbas Claraevallensis, gener. O. Cist., cr. a Pio V, sepultus ad s. Crucem in Jerus. ad monachos suos privato funere.

[5]) Cf. p. 32 not. 1.

[6]) AC 10 f. 65: 1570 Maii *card. ab Ecclesia* transfertur ab ord. diac. ad pbr.

[7]) AC 10 f. 189: 1575 Jan. 11 obiit Romae *Joan. Paulus ab Ecclesia* Terdonensis pbr. card., signaturae iustitiae praefectus, qui a Pio V ex senatore Mediolanensi primo referendarius, postea diac. card. creatus fuerat.

[8]) AC 10 f. 344': 1583 Dec. 12 card. Carafa transit ad ord. pbr.

[9]) Cf. infra p. 48 col. 2 ad 1586 Jun. 2.

[10]) AC 11 f. 154' (AC_2 15 f. 7'): 1591 Jan. 14 S. S. Antonii card. *Carafa* mortui deploravit obitum. — Sepelitur in eccl. s. Sylvestri in monte Quirinali.

[11]) AC 10 f. 65' seq.: 1570 Maii 17 XVI creati sunt novi cardinales, videl. M. Ant. Maffeus aep. Theatin., S. S. datarius, Romanus; Gaspar Cervantes aep. Terraconen., Hispanus; Jul. Sanctorius aep. s. Severinae, Capuanus; Petrus Donatus Cesius ep. Narnien., clericus cam. aplic., Romanus; Carolus de Grassis ep. Montis Falisci, Bononiensis, clericus cam. aplic. et Urbis gubernator; Carolus d'Angennes

7. **Gasparus Cervantes**, aep. Terraconen., prius Messanen., Salernitan. = tt. s. Vitalis (Terraconensis) 1570 Jun. 9, tr. ad tt. s. Mart. in Mont. 1570 Jun. 16, ad tt. s. Balb. 1572 Jan. 23, † ex. C. R. 1575 Oct. 17[1]).

8. **Julius Sanctorius** (Santorio), aep. s. Severinae = tt. s. Barth. in Ins. (s. Severinae) 1570 Jun. 9 usque 1595 Febr. 20, tr. 1597 Aug. 18 ad Praenestin., † in C. R. 1602 Maii 9.

9. **Petrus Donatus Cesius**, ep. Narnien., clericus cam. aplic. = tt. s. Barbarae (Narniensis) 1570 Jun. 9, tr. ad tt. s. Vitalis[2]) 1570 Jun. 16, ad tt. s. Anastasiae 1548 Maii 28, † in C. R. 1586 Sept. 29[3]).

10. **Carolus de Grassis**, ep. Montisfalisci, clericus cam. aplic., Urbis gubernator = tt. s. Agnetis in Agone (Montisflasconen. vel de Grassis) 1570 Jun. 9, † in C. R. 1571 Mart. 25[4]).

11. **Carolus d'Angennes de Rambouillet**, ep. Cenomanen., orator Caroli IX regis christ^mi^ = tt. s. Simeonis (Ramboletus) 1570 Jun. 9, tr. ad tt. s. Euphemiae 1570 Nov. 20, † ex. C. R. 1587 Mart. 23[5]).

12. **Felix Perettus de Monte alto**, O. Min. Conv., ep. s. Agathae = tt. s. Hieron. Illyr. (Montaltus vel de Monte alto) 1570 Jun. 9, [adm. Firman.], ass. ad Pont., nom. Sixtus pp. V, 1585 Apr. 24.

13. **Joannes Aldobrandinus**, ep. Imolen. = tt. s. Euphemiae (Aldobrandinus) 1570 Jun. 9, tr. ad tt. s. Simeonis 1570 Nov. 20, poenitentiarius maior, † in C. R. 1573 Sept. 7[6]).

de Rombogliet, ep. Cenomanen., orator regis christ^mi^, Gallus; fr. Felix ex oppido Monte alto Marchiae, O. Min. Conv., ep. s. Agathae; Joannes Aldobrandinus, ep. Imolen., Florentinus; Hier. Rusticucius, secretarius intimus papae, protonot. aplic., Fanensis; Jul. de Aquaviva, ducis Atriae filius, referendarius utr. signaturae, Neapalitanus; qui X erant praesentes, alii absentes: Gaspar Zuniga, aep. Hispalen., Hispanus; Nic. de Pelve, aep. Senonen., Gallus; fr. Archangelus de Blanchis O. Pr., ep. Theanen., Viglevanensis; Paul. de Aretio, ep. Placentin., ex Itrio; fr. Vinc. Justinianus, generalis O. Pr., Graecus; Joan. Hier. Albanus, protonot. aplic. et gubernator Marchiae, Bergomensis. Omnes nominavit papa *presbyteros* excepto Aquaviva. — L. c. f. 66: 1570 Maii 29 X cardinalibus novis in C. R. praesentibus datur pileus; f. 67: Jun. 2 iisdem os clausum et (f. 67') Junii 9 os apertum et tt. assignatus est. — L. c. f. 76: 1570 Oct. 24 cardinales Placentinus et Albanus, qui tunc primum ad Urbem venerant, admissi sunt ad osc. pacis et (f. 77) Nov. 8 iis os clausum est.

1) AC 10 f. 189': 1575 Oct. 17 obiit Tarraconae *Gasp. card. Cervantes* pbr. card. et aep. Terraconen.

2) AC 10 f. 292': 1580 Jul. 4 card. Cesius deputatur legatus Bononiensis.

3) AC 11 f. 52': 1586 Sept. 29 obiit Romae pbr. card. *Cesius*, sepultus ad s. Mariam in Vallicella.

4) AC 10 f. 99: 1571 Mart. 25 obiit Romae *Carolus* pbr. *card. de Grassis* Bononiensis, cr. a Pio V, annum agebat ca. LII, sepultus est funere solemni ad (eccl.) ss. Trinitatis in colle hortulorum.

5) AC 11 f. 77': 1587 Mart. 23 obiit Corneti *card. Ramboletus*, tt. s. Euphemiae pbr. — Eius frater germanus, Nic. Ramboletus, AC 10 f. 122 (1572 Dec. 23) affertur orator regis christ^mi^.

6) AC 10 f. 138': 1573 Sept. 17 obiit Romae *Joannes Aldobrandinus* Florentius pbr. card., maior poenitentiarius, cr. a Pio V primum ex auditore rotae ep. Imolen., deinde card. 1570 Maii 17 et a Greg. XIII. poenitentiarae praefectus; sepultus est ad s. Mariam supra Minervam.

14. **Hieronymus Rusticucius** (Rusticucci), secretarius intimus papae, protonot. aplic. = tt. s. Sus. (Rusticucius vel s. Susannae) 1570 Jun. 9 usque 1597 Aug. 18, denique ep. Portuen., [adm. Senogallien.], † in C. R. 1603 Jun. 14.

15. **Julius de Aquaviva**, ducis Atriae filius, referendarius utr. signaturae = diac. tt. s. Theodori (Aquaviva) 1570 Jun. 9, † in C. R. 1574 Jul. 21[1]).

16. **Gasparus Zuniga de Avellianeda**, aep. Hispalen., prius ep. Segobien., aep. Compostellan. = tt. s. Barb. (Zuniga) 1570 Jun. 16, † ex. C. R. 1571 paulo ante Jan. 30[2]).

17. **Nicolaus de Pellevé**, aep. Senonen., prius Ambianen. = tt. ss. Joan. et Pauli (Senonensis)[3]) 1572 Jul. 4, tr. ad tt. s. Prax. 1584 Nov. 14, [aep. Remen.], † ex. C. R. 1594 Mart. 24.

18. **Archangelus de Blanchis** (de' Bianchi) O. Pr., ep. Theanen. = tt. s. Caesarii in Pal. (Theanensis)[4]) 1570 Jul. 3, † in C. R. 1580 Jan. 18[5]).

19. **Paulus Buralis de Aretio**, ep. Placentin. = tt. s. Pudentianae[6]) (Placentinus vel Aretinus) 1570 Nov. 20, [aep. Neapolitan.], † ex. C. R. 1578 Jun. 17[7]).

20. **Vincentius Justinianus** (Giustiniani), gener. O. Pr. = tt. s. Nic. inter Imag.[8]) (Justinianus vel s. Nicolai) 1571 Jan. 26, tr. ad tt. s. Sabinae 1579 Aug. 3, † in C. R. 1582 Oct. 28[9]).

21. **Joannes Hieronymus Albanus**, protonot. aplic., gubernator Marchiae = tt. s. Joan. a. Port. lat. (Albanus)[10]) 1570 Nov. 20, † in C. R. 1591 Apr. 15.

1) AC 10 f. 166': 1574 Jul. 21 obiit Romae *Julius de Aquiviva* diac. card., „amor et deliciae sacri collegii"; sepultus in basil. Lateranen.

2) AC 10 f. 79: 1571 Jan. 30 nuntiatum est Romae obiisse paucis ante diebus in Hisp. *Gasp. pbr. card. Zuniga* de Avellianeda, aep. Hispalen., cr. a Pio V.

3) AC 10 f. 109': 1572 Jun. 19 papa admisit ad osc. aep. et *card. Senonensem*, qui tum primum ad Urbem venerat. — L. c. f. 322' (1582 Apr. 27): nominatur hoc loco protector Hiberniae.

4) AC 10 f. 70: 1570 Jun. 17 pileus datus est *card. Theanensi*, qui tum primum ad Urbem venerat. — Junii 26 eidem os clausum et Julii 3 apertum est. — Sch. Ind. 555: 1572 Sept. 13 id. praeficitur indici librorum.

5) AC 10 f. 299: 1580 Jan. 18 obiit Romae fr. *Archangelus Blancus* dioec. Viglevanen., Lombardus, pbr. card. Theanen. nuncupatus; cr. ep. et card. a Pio V., sepultus ad s. Sabinam ad fratres Praedicatores sui ordinis.

6) AC 10 f. 78: 1570 Nov. 20 papa os aperuit et tt. assignavit *card. Placentino* morbi causa a consistorio absenti.

7) AC 10 f. 260: 1578 Jun. 17 obiit Neapoli *Paulus Aretius* ex oppido Itrii, pbr. card., aep. Neapolitan.; a Pio V primum ex clerico regulari congregationis Pauli IV factus ep. Placentin. (Lombardiae), postea creatus card. et a Greg. XIII transl. ad eccl. Neapolitan.; annum agebat LXVI, sepultus Neapoli ad suos clericos.

8) AC 10 f. 80: 1570 Dec. 10 admissus est ad osc. *card. Justinianus*, qui tum primum ad Urbem venerat. — L. c. f. 83': 1571 Jan. 10 eidem os clausum est et (AC 10 f. 84') Jan. 26 papa os aperuit et tt. assignavit. — Sch. Ind. 555: 1576 Apr. 1 pro eod. indultum testandi.

9) L. c. f. 329: 1582 Oct. 28 obiit Romae fr. *Vinc. Justinianus* ex Chio, Genuensis, O. Pr., sepultus ad s. M. supra Minervam.

10) AC 10 f. 78: 1570 Nov. 20 papa os aperuit et tt. assignavit card. Albano.

XII. Gregorius XIII.

antea Hugo Boncompagnus pbr. card. tt. s. Sixti (X, 33), electus[1]) 1572 Maii 13, coronatus[2]) Maii 25, † 1585 Apr. 10[3]).

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 1572 Jun. 2 habita*[4])

1. **Philippus Boncompagnus**, nepos S. S., J. U. D., clericus Bononien. = tt. s. Sixti[5]) (Boncompagnus) 1572 Maii 15, poenitentiarius maior, † in C. R. 1586 Jun. 9[6]).

b) *in secunda promotione 1574 Jul. 5 habita.*[7])

2. **Philippus Guastavillanus**, nepos S. S. ex sorore, clericus Bononien. = diac. tt. s. Mariae novae (Vastavillanus) 1574 Jul. 14, tr. ad tt. s. Mariae in Cosm. 1577 Nov. 8 (al. 6), ad tt. s. Angeli 1583 Dec. 19, ad tt. s. Eust. 1587 Jan. 7, camerarius S. R. E., † in C. R. 1587 Aug. 17)[8]).

c) *in tertia promotione 1576 Nov. 19 habita*[9]).

3. **Andreas de Austria**, filius Ferdinandi archiducis Austriae = diac. tt. s. Mariae novae (Austriacus)[10]) 1577 Dec. 11, [ep. Constantien., Brixinen.], † in C. R. 1600 Nov. 12.

d) *in quarta promotione 1577 Mart. 3 habita*[11]).

4. **Albertus de Austria**, archidux Austriae, frater germanus imper. = diac. tt. s. Crucis in Jerus. (Austriacus seu s. Crucis)[12]) 1580 Febr. 12 [aep. Toletan., Philippen.], 1598 cardinal. resignavit et matrimonium contraxit, † ex. C. R. 1621 Jul. 13.

e) *in quinta promotione 1578 Febr. 21 habita*[13]).

5. **Alexander Riarius**, audit. cam. aplic., patr. Alexandrin.

[1]) AC 10 f. 105: 1572 Maii 12 cardinales ingressi sunt conclave, quod hora III noctis deputati clauserunt. — L. c. f. 105: Maii 13 hora ca. XXII electus est pontifex: *Hugo Boncompagnus* Bononiensis, tt. s. Sixti pbr. card., qui nomen *Gregorii XIII* sibi imposuit, quod eo die cardinalis creatus est; fuerunt in Conclavi LI cardinales; agebat annum 71.

[2]) AC 10 f. 105': 1572 Maii 25 in festo Pentecostes Gregorius XIII ab Innoc. de Monte (VII, 1) S. R. E. archidiacono coronatus est, Joanne Morono (VI, 40) ep. card. Ostiensi precibus sacris praeeunte.

[3]) AC 11 f. 22 et NC_2 24 f. 199: 1585 Apr. 10 die Mercurii hora circiter XIX in palatio aplic. ad s. Petrum Gregorius XIII diem extremum clausit; corpus delatum est ad s. Petrum. Hora XXI fuit congregatio generalis sede vacante, in qua lecta fuit bulla super electione pontificis a Pio IV edita et iuratum fuit illam servare. Fuit fractus annulus piscatoris et fracta etiam sunt impressoria plumbi, quae vulgo stampa plumbi nominantur. — AC 11 f. 22: 1585 Apr. 12 feria VI in basilica Vaticana inchoatae sunt exequiae. *Quaedam adnotationes et decreta Gregorii pp. XIII ex actis consistor. deprompta.* AC 10 f. 154': *1574* Jun. 7 S. D. N. mandavit protectoribus regnorum, ut regibus scriberent, ut in posterum in *reservandis pensionibus* super fructibus ecclesiarum cathedralium personae, quibus huiusmodi pensiones assignandae essent, probarentur et causae assignationis in processu exprimerentur. — L. c. f. 155': 1574 Jun. 18 admonet iterum (sicut die 7 Jun.) de exprimendis veris annuis fructibus ecclesiarum Indiae et dignitatibus, quae in illis sunt. — L. c. f. 161: 1574 Dec. 24 Gregorius pp. portam sanctam basilicae Vaticanae de more aperuit primumque per eam ingressus est. Ex eo loco dimisit tres cardinales, qui reliquas tres portas eodem die aperuerunt; hi fuere: Joan. Moronus ep. card. Ostien. (VI, 40), qui portam basilicae s. Pauli aperuit; M. Anton. Columna (X, 26), qui portam basil. Lateranen. aperuit pro card. de Altaemps archipresbytero (X, 7); Alexander Sfortia (X, 34) archipbr. basil. s. Mar. ad praesepe, qui suae ecclesiae portam aperuit. — L. c. f. 178: *1575* Maii . . S. S., quod nondum de sacris ordinibus a commendatariis suscipiendis a congregatione concilii definitum esset, hanc congregationem de ea re statuere iussit, utrum saltem expediat. — L. c. f. 302': *1576* Jul. 9 dixit, quod in futurum consistoria singulis XV diebus erunt, nisi alia negotia postulaverint. — L. c. f. 211' seq.: 1576 Dec. 17 S. S. deputat cardinales decanum (VI, 40), Farnesium (VI, 1), Santacrucium (X, 30) et Sfortiam (X, 34), qui de iure nominandi seu iure patronatus regis cath. ad ecclesias Siciliae et praesertim Catanien. cognoscant, utrum privilegium Carolo V imperatori alias concessum fuerit *personale* an transeat ad successores. — L. c. f. 233': *1577* Nov. 8 decrevit, quod quotiescumque *diaconus card. transit ad ord. presbyt.*, valet ecclesia, quam idem cardinales loco tituli obtinet, et eius loco accipiat tit. presbyteralem; ex quo card. diaconus non potest dici, qui habet titulum, sed ecclesiam tantum seu diaconiam, atque hanc legem S. S. in futurum servari voluit. — L. c. f. 265: *1579* Jan. 23 mandavit, ut de fructibus et redditibus monachorum, qui sunt canonici, certius cognosceretur. — L. c. f. 302: *1581* Jan. 9 *card. Farnesius* (VI, 1) s. coll. decanus admonuit de non proponendis ecclesiis et monasteriis absque cedula bancaria iuxta praescriptum constitutum. — L. c. f. 306: *1581* Apr. 3 S. S. revocavit *omnia gubernia* data cardinalibus ad vitam vel ad longum tempus, asserens id etiam a praedecessoribus suis Piis IV et V factum fuisse et esse etiam contra bullam Pii V; eadem vero gubernia iisdem cardinalibus ad triennium concessit. — L. c. f. 326' seq.: *1582* Sept. 3 verba fecit de his, quae equites Melitenses fecerant contra magnum magistrum demortuum, dixitque idem evenisse tempore fe. rec. Joannis pp. XXII, qui omnia ab equitibus acta reprobaverat; sed nullam constitutionem ea de re factam esse, ut par erat. Quare, ne equites posthac in eundem errorem inciderent, constitutio facta est, quae a Glorierio secretario lecta a cardinalibus comprobatur. — L. c. f. 334: *1583* Febr. 7 S. D. N. decrevit, ut pallia sumpta de corpore b. Petri, quae ex concessione S. S. tradi debent archiepiscopis, aut ipsismet aepis tradantur, aut certe eorum nuntiis propriis, qui recta eadem pallia suis manibus deferant; aliis vero ne dentur.

[4]) AC 10 f. 107': 1572 Jun. 2 papa creavit et publicavit novum card. *Phil. Boncompagnum* J. U. D., suum ex fratre germano nepotem, cui Jun. 4 pileum dedit, Jun. 9 (f. 108) os clausit, Jun. 16 (f. 108) aperuit et tt. assignat s. Sixti, vac. per assumptionem S. S.

[5]) Sch. Ind. 555: 1572 motu proprio Gregorii XIII, quo *card. s. Sixti*, nepotem suum, generalem superintendentem negotiorum sedis aplic. deputat. — 1574 Jun. 7 id. *Philippus* card. legatus ad regem christianissimum. — AC 10 f. 156' seq.: 1574 Julii 5 *card. s. Sixti* legatus missus est de lat. ad regem christianissimum.

[6]) AC 11 f. 52: 1586 Junii 9 obiit Romae *Phil. pbr. card. Boncompagnus*, maior poenitentiarius; sepultus ad s. Mariam maiorem, cuius basilicae erat archipbr.

[7]) AC 10 f. 157: 1574 Jul. 5 creatus est card. *Phil. Guastavillanus*, nepos papae ex sorore, Bononiensis, praesens in C. R., cui Julii 6 pileus datus, Julii 14 (f. 157') os clausum, Julii 28 (f. 158) os apertum et tt. s. Mar. novae assignatus est.

[8]) AC 11 f. 77.

[9]) AC 10 f. 209: 1576 Nov. 19 cr. card. *Andreas Austriacus*, absens, Ferdinandi archiducis Austriae filius primogenitus, cum dispensatione aetatis; cui (f. 218') 1577 Mart. pileus mittitur.

[10]) AC 10 f. 235: 1577 Dec. 11 *card. de Austria* os apertum et tt. assignatus est.

[11]) Cardella l. c. V 157 seqq.

[12]) AC 10 f. 333 (AC_2 24 f. 169'): 1583 Jan. 24 card. *Albertus* cum facultate nuntii aplic. deputatur legatus de lat. in regno Portugalliae ad biennium. — Sch. Ind. 555: 1586 *cardinali s. Crucis* concedit S. S. indultum transferendi beneficia.

[13]) AC 10 f. 241: 1578 Febr. 21 S. S. dixit iam finem VI anni pontificatus sui adesse et complures S. R. E. cardinales obiisse, principes autem petere, ut novorum cooptatio fiat, quam diutius se diferre non posse. Memorem se praeterea esse decreti concilii Trid., quo summus pontifex admonetur, ut in cardinalibus deligendis omnium nationum ratio habeatur; eius rei causa hanc electionem fieri, deinde suo tempore propter aulicos alteram fu-

= tt. s. Mar. in Ara Coeli (Riarius)[1]) 1578 Mart. 3, † in C. R. 1585 Jul. 18[2]).

6. **Claudius de Bauma**, aep. Bisuntin. = tt. s. Pudentianae (Bisuntinus)[3]) 1580 Aug. 24, † ex. C. R. 1584 Jun. 14[4]).

7. **Aloisius Lotharingius**, el. aep. Remen., qui cum in Urbem non veniret, non accepit nec insignia nec titulum denominationis (de Guisa), † ex. C. R. 1588 Dec. 24[5]).

8. **Gerardus a Groesbeck**, ep. Leodien. = remansit sine titulo, † ex. C. R. 1580 Dec. 23[6]).

9. **Petrus de Deza**, praesidens Vallis Oleti = tt. ss. Quirici et Julittae (Deza)[7]) 1580 Jun. 22, tr. ad tt. s. Priscae[8]) 1584 Jan. 9, ad tt. s. Hieron. 1587 Apr. 20 (usque 1597 Aug. 18), ad Albanen. 1600 Apr. 23, † in C. R. 1600 Aug. 27.

10. **Ferdinandus de Toledo**, clericus Hispanus = recusavit dignitatem ei oblatam[9]), ex. C. R. 1578 Dec. 15[10]).

11. **Renatus Birago**, clericus Mediolanensis = remansit sine titulo, † ex. C. R. 1583 Nov. 24.

12. **Carolus Lotharingius** (Reta de Monte)[1]) **de Valdemonte** (de Vaudemont), frater reginae Franciae = diac. tt. s. Mariae in Domn. (de Valdemonte)[2]) 1585 Jun. 24 (al. 14), tr. ad tt. ss. Trinit. 1587 Apr. 20, [adm. Tullen., Virdunen.], ex. C. R. 1587 Oct. 30[3]).

13. **(Joannes) Vincentius Gonzaga**, miles O. Hosp. s. Joh. Hieros., prior Barlettae = diac. tt. s. Georgii ad Vel. aur. (Gonzaga)[4]) 1578 Nov. 21, tr. ad tt. s. Mariae in Cosm.[5]) 1583 Dec. 19, ad tt. s. Alexii 1587 Apr. 20, † in C. R. 1591 Dec. 23.

f) *in sexta promotione 1578 Dec. 15 habita*[6]).

14. **Gasparus Quiroga**, aep. Toletan., prius ep. Conchen. = tt. s. Balbinae (Toletanus)[7]) 1578 Dec. 15, † ex. C. R. 1594 Nov. 12.

g) *in septima promotione 1583 Dec. 12 habita*[8]).

15. **Joannes Antonius Fachinettus de Nuce**, patr. Hierosolymitan., prius ep. Neocastren. = tt. ss. IV Co-

turam. Itaque exquisitis de more sententiis nominavit, creavit et publicavit S. R. E. cardinales videl.: Alexandrum Riarium, praes., Bononiensem, patr. Alexandrin. et cam. aplic. auditorem (huic biretum imposuit), Claudium de la Bauma, Burgundum, aep. Bisuntin., Aloisium Lotharingium el. aep. Remen., Gerardum a Groisbeck, ep. Leodien., Petrum de Deza, praesidentem Vallis Oleti, Hispanum, Ferd. de Toleto, Hispanum, Renatum Biragum, Mediolanensem, presbyteros; Carolum Lotharingium de Valdemonte, fratrem reginae Galliarum, Vinc. Gonzagam Mantuan., militem O. Hosp. priorem Barlettae, diaconos.

[1]) L. c. f. 241‘: 1578 Febr. 22 admissus est card. *Riarius* ad osc. pedis, manus et oris et datus est ei pileus; Febr. 26 eidem papa os clausit et (f. 242) Mart. 3 aperuit cum assignatione tituli. — L. c. f. 287‘: 1580 Mart. 23 *card. Riarius* deputatur legatus a lat. ad Philippum regem Hispan. catholicum et ad regem Portugalliae; cui 1580 Apr. 11 crux legationis a papa data est. — L. c. f. 312: 1581 Oct. 25 idem deputatur legatus Perusiae et Umbriae.

[2]) AC 11 f. 34: 1585 Jul. 18 obiit Romae *Alexander card. Riarius*, Bononiensis, praefectus signaturae iustitiae, cr. a Gregorio XIII.

[3]) AC 10 f. 293‘: 1580 Aug. 24 *card. a Bauma* absenti pileus missus est, quod (parato eo in Urbem venire) S. S. sciebat absentiam eius illi provinciae, praesertim ecclesiae Bisuntin., magnum inferre detrimentum.

[4]) AC 11 f. 14.

[5]) AC_2 14 f. 173‘ (AC 11 f. 104‘): 1588 Dec. 24 Blesii (Blois) in Gallia in arce regia interfectus est *Aloisius de Guisa* card. a Lotharingia, pbr. card. et aep. Remen. — AC 11 f. 107 seq. (AC_2 14 f. 157‘): 1589 Jan. 9 Sixtus V gravi oratione, magno doloris sensu longo sermone deploravit necem *Aloisii Guisii*, S. R. E. pbr. card[lis] et aep. Remensis, iussu Henrici Galliarum regis in civitate Blesensi, ubi conventus statuum illius regni more agitur, una cum duce Guisio fratre, proximis diebus interfecti vehementerque indoluit, sacrosanctam cardinalatus dignitatem, nullo iudicio servato, nulla legitimi iudicis auctoritate adhibita, violatam; cum multa in hanc sententiam magna dicendi vi pronuntiasset, postremo dixit se ex rev[mis] dominis certos cardinales delecturum, ut de tota re accurate pro causae gravitate ageretur; id S. S. acturam, quod deus in eius mentem inspirasset. Cum autem rev[mus] Galliae protector aliquid loqui vellet, semel et iterum S. S. ei silentium indixit.

[6]) Gams 249.

[7]) AC 10 f. 290‘: 1580 Jun. 7 admissus est pbr. *card. Deza*, tum primum ad Urbem veniens, eique papa pileum imposuit purpureum, praeclarum dignitatis cardinalitiae insigne. Iunii 15 os ei clausum et Jun. 22 (f. 292) apertum est.

[8]) Sch. Ind. 555: 1586 Nov. 19 *Petrus* card. *de Deza* unus ex inquisitoribus gener. s. officii.

[9]) AC 10 f. 250: 1578 Jul. 4 S. S. decrevit eum, si adhuc dignitatem cardinalatus non accepisset, eandem amplius accipere non posse.

[10]) Cristofori p. 269.

[1]) AC_2 14 f. 81.

[2]) AC 11 f. 24‘ (AC_2 14 f. 5‘ seq.): 1585 Maii 25 diac. card. *de Valdemonte* tum primum ad Urbem veniens admissus est ad osc.; pileum rubrum a fel. rec. Gregorio XIII eius promotore iam in Galliam ei transmissum acceperat. — AC_2 14 f. 6 Jun. 3 eidem os clausum est.

[3]) AC 11 f. 77‘.

[4]) AC 10 f. 258‘: 1578 Nov. 6 papa excepit ad osculum *Vinc. diac. card. Gonzagam*, tum primum post suam creationem ad Urbem venientem, deditque ei pileum; Nov. 14 eidem os clausum, Nov. 21 apertum et tt. assignatus est.

[5]) AC 11 f. 33‘: 1585 Dec. 18 transivit ad ord. pbr.

[6]) AC 10 f. 259‘: 1578 Dec. 15 Gasparus Quiroga, aep. Toletan. cr. est card.

[7]) Sch. Ind. 555: 1582 Gasparus card. Toletan. declaratur inquisitor gener. in regnis Hispaniarum.

[8]) AC 10 f. 343: 1583 Dec. 12 S. D. N. proposuit causas, quibus movebatur, ut novos cardinales crearet, et personas promovendas nominavit. L. c. et AC_2 24 f. 182 seq.: Proposuit, creavit ac publicavit novos cardinales, quorum nomina hic sequunter (numero XIX): Joannes Ant. Fachinettus Bononiensis, iuris consultus, patr. Hierosolymitan.; Joannes Bapt. Castaneus Romanus, aep. Rossanen., iuriscons.; Alexander Medices, civis et aep. Florentin.; magni ducis orator; Rodericus de Castro Hispanus, aep. Hispalen.; Franciscus de Gioiosa Gallus, aep. Narbonen.; Michael ex comitibus a Turre Utinensis, ep. Ceneten.; Julius Cananius Ferrariensis, ep. Adrien.; Nic. Sfondratus Mediolanensis, ep. Cremonen.; Antonius Maria Salviatus Romanus, ex ep. s. Papuli camerae aplic. clericus; Augustinus Valerius Venetus, ep. Veronen.; Vincentius Laureus ep. Tropien. Montisregalis (AC_1 8 f. 135 Vincentium Laureum clericum ad sedem episcopalem *Montisregalis* 1566 Jan. 30 promotum esse referunt, quam tenebat usque 1587 Oct. 26, cfr. AC_2 14 f. 103 et AC 11 f. 73‘, itaque ao. 1583 ep. *Tropien.* non fuit et legendum esse videtur: Laureus Tropiensis ep. Montisreg.) in Subalpinis, sedis aplic. ad ducem Sabaudiae nuntius; Philippus Spinola Genuensis, iuris cons., ep. Nolan.; Albertus Bolognettus Bononiensis, iuriscons., ep. Massanen. et Populonien., sedis aplic. apud regem Poloniae nuntius; Georgius Rad(z)ivilus Polonus, ep. Vilnen.; Matthaeus Contarellus Cenomanensis, datarius papae, can. basil. Vaticanae; Simon Tagliavia de Aragona Siculus, abbas; Scipio Lancelottus Romanus, iuriscons., rotae auditor; N. de Borbonio Gallus; Franciscus Sfortia marchio. Ex quibus VI tantum erant praesentes in C. R., videl. Fachinettus, Castaneus, Medices, Salviatus, Contarellus, Lancelottus: qui tamen in consistorium non sunt vocati, sed S. D. N. privatim in cubiculo dedit eis biretum purpureum iisdemque Dec. 17 in consistorio publico imposuit pileum. AC_2 24 f. 183: Iisdem Dec. 19 os clausum et (l. c. 183‘; AC 11 f. 3) 1584 Jan. 9 apertum et tt. assignatus est. — AC_2 24 f. 182 seq.: Simon Tagliavia de Aragona de Terra nova et Franc. Sfortia de s. Flora creati sunt in diaconos, alii in presbyteros cardinales.

ronat. (Bononiensis)[1]) 1584 Jan. 9, ass. ad Pont., nom. Innocentius pp. IX., 1591 Oct. 29.

16. **Joannes Baptista Castaneus** (Castagna), olim aep. Rossanen. = tt. s. Marcelli (s. Marcelli vel Rossanensis)[2]) 1584 Jan. 9, ass. ad Pont., nom. Urbanus pp. VII, 1590 Sept. 15.

17. **Alexander de Medicis**, orator magni ducis (Tusciae), aep. Florentin., prius ep. Pistorien. = tt. s. Quirici et Julittae (de Florentia vel Florentinus) 1584 Jan. 9, tr. ad tt. ss. Joan. et Pauli 1591 Jan. 14, ad tt. s. Petri ad Vinc. 1592 Febr. 14, ad tt. s. Praxedis eod. die, denique ass. ad Pont., nom. Leo pp. XI, 1605 Apr. 1 († 1605 Apr. 27).

18. **Rodericus de Castro**, aep. Hispalen. prius ep. Zamoren., Conchen. = tt. ss. XII Apostol. (Hispalensis) 1585 Maii 20, † in C. R. 1600 Sept. 20.

19. **Franciscus de Gioiosa** (Joyeuse), aep. Narbonen. = tt. s. Silvestri in Cap. (de Gioiosa)[3]) 1585 Maii 20, tr. ad tt. ss. Trinit.[4]) 1587 Dec. 11 (usque 1594 Apr. 27), [aep. Tolosan., Rothomagen.], † ex. C. R. 1615.

20. **Michael a Turre** (della Torre), ep. Ceneten. = (Utinensis) sine tt. remansit; † ex. C. R. 1586 Febr. 21)[5]).

21. **Julius Cananius** (Canani), ep. Adrien. = tt. s. Eusebii (Adriensis)[6]) 1584 Nov. 28, tr. ad tt. s. Anast. 1591 Mart. 20, [ep. Mutinen.], † ex. C. R. 1592 Nov. 27.

22. **Nicolaus Sfondratus**, ep. Cremonen. = tt. s. Caeciliae (Sfondratus vel Cremonensis)[7]) 1585 Jan. 14, ass. ad Pont., nom. Gregorius pp. XIV, 1590 Dec. 5.

23. **Antonius Maria de Salviatis**, ep. s. Papuli, clericus cam. aplic. = tt. s. Mariae in Aquiro (Salviatis)[8]) 1584 Jan. 9, tr. ad tt. s. Mariae de Pace 1587 Apr. 20 (usque 1600 Apr. 23), † in C. R. 1602.

24. **Augustinus Valerius**, ep. Veronen. = tt. s. Marci Veronensis)[9]) 1585 Jan. 14 (usque 1605 Jun. 1), † in C. R. 1606 Maii 23.

25. **Vincentius Laureus**, ep. Montisregalis, nuntius aplic. ad ducem Sabaudiae = tt. s. Mar. in Via (Montisregalis)[1]) 1585 Maii 20, tr. ad tt. s. Clem. 1589 Mart. 2 (al. 6), † in C. R. 1592 Dec. 17.

26. **Philippus Spinola**, ep. Nolan., prius Bisinianen. = tt. s. Sabinae (s. Sabinae)[2]) 1584 Febr. 20, [adm. Soran.], † in C. R. 1593 Aug. 20.

27. **Albertus Bolognettus**, sedis aplic. apud regem Poloniae nuntius, ep. Massanen. et Populonien. = sine tt. remansit, † ex. C. R. 1585 Maii 17[3]).

28. **Georgius de Radzivil**, ep. Vilnen. = tt. s. Sixti (Razzivilnensis)[4]) 1586 Jul. 14, [ep. Cracovien.], † in C. R. 1600 Jan. 21.

29. **Matthaeus Contarellus**, datar. papae, can. basil Vatic. = tt. s. Steph. in Coel. M. (Contarellus seu s. Stephani) 1584 Jan. 9, † in C. R. 1585 Nov. 29[5]).

30. **Simon Tagliavia de Aragona**, abbas = diac. tt. s. Mariae Angel. (de Aragona vel de Terra nova)[6]) 1585 Maii 20 (usque 1592 Mart. 9), † (ep. Sabinen.) in C. R. 1604 Maii 20.

31. **Scipio Lancelottus**, auditor rotae = tt. s. Simeonis (Lancelottus) 1584 Jan. 9, tr. ad tt. s. Salvat. in Lauro 1587 Apr. 20, † in C. R. 1598 Jun. 2.

32. **Carolus de Borbonio de Vendôme** (Bourbon), coadiutor Rothomagen. = sine tt. remansisse videtur; [adm. Baiocen.] † ex. C. R. 1594 Jul. 30.

33. **Franciscus Sfortia** de s. Flora, clericus Romanus = diac. tt. s. Georgii ad Vel. aur. (Sfortia vel de s. Flora)[7]) 1584 Jan. 16, tr. ad tt. s. Nic. in Carc. 1585 Jul. 29, ad tt. s. Mariae in Via lata 1588 Dec. 5, † in C. R. 1624.

h) *in octava promotione 1584 Jul. 4 habita*[8]).

34. **Andreas Battorius de Somlio**, Stephani regis Poloniae apud sedem aplic. orator = diac. tt. s. Adriani (Battorius) 1584 Jul. 23, tr. ad tt. s. Angeli 1587 Jan. 7 [ep. Warmien.], † ex. C. R. 1599 Oct. 28.

[1]) Cf. p. 48 not. 3 ad 1586 Apr. 29 et ad 1586 Jun. 2. — Sch. Ind. 555: 1586 Nov. 19 card. *Fachinettus* unus ex inquisitoribus gener. s. officii.

[2]) AC 11 f. 11' (AC_2 24 f. 191'): 1584 Oct. 8 Joan. Bapt. *card. s. Marcelli* deputatur legatus civitatis Bononiae. — Sch. Ind. 555: 1586 Nov. 19 *card. s. Marcelli* unus ex inquisitoribus gener. s. Officii.

[3]) AC 11 f. 23 (AC_2 14 f. 2) 1585 Maii 11 *card. de Gioiosa* admissus est tum primum ad Urbem veniens; eidem Maii 13 os clausum et Maii 20 apertum est (AC_2 14 f. 4).

[4]) AC 11 f. 124' (1589 Sept. 25) *card. de Gioiosa* hoc loco nominatur protector Galliae.

[5]) AC 11 f. 52'.

[6]) AC_2 24 f. 192: 1584 Nov. 14 *card. Cananio* Ferrariensi, Nov. 6 admisso et recepto (AC 11 f. 12), os clausum et (f. 192') Nov. 28 apertum et tt. assignatus est. — Cf. p. 38 col. 2 not. 6. — AC_2 14 f. 55' seq.: 1586 Jul. 28 *card. Cananius* legatus Romandiolae iuxta preces ipsius dispensatur a legatione ob malam valetudinem et eius vices papa committit cardinali de Salviatis, legato Bononiae (XII, 23); sed cum hic ob alias ipsius magni momenti res Urbem sibi petendam esse diceret, deputatur legatus a lat. card. Pinellus (XIII, 7).

[7]) AC_2 24 f. 194 (AC 11 f. 13'): 1584 Dec. 20 admissus est ad osc. *Nic. card. Sfondratus*, tum primum ad Urbem veniens; eique os clausum 1585 Jan. 7 et apertum et tt. assignatus est 1585 Jan. 14 (f. 194').

[8]) Cf. p. 38 col. 2 not. 6.

[9]) AC_2 24 f. 194 (AC 11 f. 13'): 1584 Dec. 20 *card. Veronen.*, tum primum ad Urbem veniens, admissus est ad osc. eique os clausum 1585 Jan. 7 et apertum et tt. assignatus est Jan. 14 (f. 194').

[1]) AC 11 f. 23 (AC_2 14 f. 2) 1585 Maii 11 cardinales *Montisregalis* et *de Terra nova* tum primum ad Urbem venientes admissi sunt ad osc.; iisdem Maii 13 os clausum et Maii 20 apertum est (AC_3 14 f. 4).

[2]) AC_2 24 f. 184 (AC 11 f. 4): 1584 Jan. 26 papa admisit ad osc. *Phil. card. Spinolam*, qui, tum primum post suam creationem ad curiam veniens, receptus pileum accepit; cui Ian. 29 (al. 30) os clausum et Febr. 20 apertum est. — Cf. p. 38 col. 2 not. 6.

[3]) *Cristofori 269.* — AC 11 f. 34: 1585 obiit in Germania Albertus pbr. card. *Bolognettus*, cum rediret ex Polonia, ubi nuntium sedis aplic. gesserat.

[4]) AC_2 14 f. 52 seq. (AC 11 f. 44 seq.): 1586 Jun. 26 *card. Razzivilna*, tum primum ad Urbem veniens, admissus accepit pileum; Jul. 4 os ei clausum et Iul. 14 apertum est (l. c. f. 55 resp. 45). — AC_2 15 f. 71: 1592 Febr. 14 ad benedicendum matrimonium contrahendum inter Sigismundum Poloniae regem et filiam Caroli archiducis Austriae deputatus est legatus de lat. *card. de Radzivil*, cui (l. c. f. 74) 1592 Febr. 16 papa dedit crucem.

[5]) AC 11 f. 34: 1585 Nov. 27 obiit Romae *Matth. card. Contarellus*, Gallus, signaturae brevium praefectus; sepultus ad s. Ludovicum nationis Gallicae.

[6]) Cf. supra not. 1. — AC 10 f. 311: *Card. de Aragona* hoc loco nuncupatur viceprotector Hispaniae.

[7]) AC 10 f. 293: 1580 Julii 11 card. Sfortia deputatur legatus in universo statu ecclesiastico, praeterquam in legatione Bononiensi, quod status eccl. a multis mensibus a latronibus et bannitis graviter infestatur, renovavitque papa bullas fe. re. Pii IV et V praedecessorum contra receptores huiusmodi bannitos et facinorosos homines. — AC 10 f. 344' (AC_2 24 f. 183'): 1583 Dec. 29 idem a papa de more receptus accepit pileum purpureum; eidem 1584 Jan. 9 os clausum (AC 11 f. 3) et Jan. 16 apertum est cum assignatione tituli.

[8]) AC 11 f. 8 seq. AC_2 24 f. 188 seq.): 1584 Jul. 4 S. S. nominavit, creavit et publicavit S. R. E. diac. card. Andream Battorium

XIII. Sixtus V.

ante Felix Perettus de Montalto O. Min. Conv., pbr. card. tt. s. Hieron. Illyr. (XI, 12), electus[1]) 1585 Apr. 24, coronatus[2]) Maii 1, † 1590 Aug. 27[3]).

de Somlio Transilvanum Hungarum, Stephani Poloniae regis ex fratre filium eiusque apud sedem aplic. oratorem, Julii 7 admisit eum ad osc., Jul. 16 os ei clausit et Jul. 23 aperuit cum assignatione tituli.

[1]) AC 11 f. 22 (AC_2 14 f. 1): 1585 Apr. 21 die dominica sacri paschatis celebrata missa solemni de Spiritu sancto cardinales conclave de more ingressi sunt. — Apr. 24: fer. IV mane in capella Paulina congregati de more rev^{mi} domini missam audierunt et, antequam ad scrutinium procederetur, Deo corda eorum disponente elegerunt in summum pontificem primo concursu omnium, deinde vivis suffragiis ordine ac sigillatim, reverendissimum patrem d. fratrem *Felicem Perettum*, tt. s. Hier. Illyr. S. R. E. pbr. card. de Montalto nuncupatum, O. S. Fr. Conventualium, Picenum, ex cardinalibus Pii V, qui *Sixti V nomen* assumpsit. Erant autem praesentes in conclavi cardinales numero LII, a quibus unanimi consensu electus et ut summus pontifex osculatis pedibus et praestita obedientia adoratus est, videl.: Farnesius decanus (VI, 1), Sabellus (VI, 38), Serbellonus (X, 1), Gambara (X, 10), Gesualdus (X, 9), *episcopi;* Altaemps (X, 5), Aragona (X, 18), Columna (X, 26), Comensis (X, 27), Sanctacrucius (X, 30), Vercellensis (X, 40), Syrletus (X, 45), Paleottus (X, 46), Alexandrinus (XI, 1), Madrutius (X, 17), Senonensis (XI, 17), s. Severina (XI, 8), Cesius (XI, 9), Rambolietus (XI, 11), Montaltus (XI, 12), Rusticucius (XI, 14), Albanus (XI, 21), s. Sixti (XII, 1), Simoncellus (VII, 20), Riarius (XII 5), Deza (XII, 9), Carafa (XI, 5), ss. IV (XII, 15), s. Marcelli (XII, 16), Florentinus (XII, 17), Cananus (XII, 21), Cremonensis (XII, 22), Salviatus (XII, 23), Spinola (XII, 26), s. Stephani (XII, 29), Lancelottus (XII, 31), *presbyteri;* Estensis (X, 16), Medices (X, 24), Vastavillanus (XII, 2), Austriacus (XII, 3), Gonzaga (XII, 13), Sfortia (XII, 33), *diaconi.* — NB. Absentes igitur erant: Sermoneta (VI, 20), de Armaignaco (VI, 51), Borbonius (VI, 67), Granvella (X, 15), Austriacus (XII, 4), de Guisa (XII, 7), de Valdemonte (XII, 12), Toletanus (XII, 14), Hispalensis (XII, 18), de Gioiosa (XII, 19), Utinensis (XII, 20), Veronensis (XII, 24), Montisregalis (XII, 25), Bolognettus (XII, 27), Razzivilnensis (XII, 28), de Terra nova (XII, 30), Borbonius (XII, 32), Battorius (XII, 34).

[2]) AC 11 f. 22 (AC_2 14 f. 1): 1585 Maii 1 Romae supra gradus basilicae Vaticanae Sixtus V a Ferdinando card. Medices (X, 24) solemni ritu *coronatus* est.

[3]) AC_2 14 f. 220' (AC 11 f. 149): 1590 Aug. 27 feria II Romae in palatio Quirinali seu Montis Caballi hora ca. XXIII (fere XXIV), cum febri aliquot dies leviter laborasset, subito ingravescente morbo migravit ex hac vita Sixtus pp. V annos natus LXIX, sed firmo corpore et ea constitutione, quae diuturniorem vitam polliceretur; sedit in aplic. sede, Rodulpho II caesare, annos V, menses IV, dies III; corpus eadem nocte ad basilicam Vaticanam delatum ibique postea lateritio tumulo depositum in capella s. Andreae; vivens sibi sepulcrum opere insigni exstruxerat in suo sacello sacri praesepis ad s. Mariam maiorem. — AC 11 f. 140: 1590 Aug. 29 cardinales praesentes inchoarunt de more sacras exequias, quae IX^{a} die sunt absolutae (h. e. die VI. Septembris); habita oratio funebris a d. Baldo, familiari card^{lis} Montalti (XIII, 1). *Quaedam adnotationes et decreta Sixti pp. V ex actis consist. deprompta.* AC_2 14 f. 1: *1585* Maii 10 papae per capita ordinum praesentata est bulla de non alienandis bonis ecclesiasticis et fuit per S. S. praestitum iuramentum de illa observanda eique non contraveniendo. — AC_2 14 f. 8': 1585 Jul. 1 lecta fuit bulla contra *crassatores et bannitos* illorumque fautores et receptores. — AC 10 f. 27' (AC_2 14 f. 68 seq.): 1585 Sept. 9 S. D. N. declaravit haereticos relapsos et impoenitentes Borbonium, assertum *regem Navarrae*, et Henricum Borbonium, assertum principem Condensem, eorumque successores et eos privavit omni et quacunque dignitate et successione, omnibus suis regnis, dominiis, bonis, iuribus et actionibus, accedente fratrum (S. R. E. card.) consilio, lectaque est ea de re gravissima bulla. — AC 11 f. 28' (AC_2 14 f. 18'): 1585 Sept. 23 S. S. decrevit, quod omnia officia et loca Montium, quae vacant per promotionem ad cardinalatum, eadem etiam censeantur vacare per promotionem ad eccl. patriarchales, metropolitanas et cathedrales. — AC 11 f. 30 (AC_2 14 f. 22): 1585 Oct. 21 declaravit, decretum factum d. d. 23. Sept. de rebus, quae vacare deberent per promotionem ad ecclesias, intelligi de omnibus illis vacabilibus, quae vacarent per mortem, ita ut per promotionem ad ecclesias vacarent omnia, quae vacant per obitum. — AC 11 f. 30 (AC_2 24 f. 22): 1585 Oct. 21 „*de propinis relatorum*" S. S. decrevit, quod, quando in consistorio fiunt gratiae quarumvis ecclesiarum seu monasteriorum, rev^{mi} dom. relatores et protectores accipiant iura sua consueta iuxta modum gratiae; ut, si gratia sit pro parte, accipiant pro rata, si sit in totum, nihil accipiant; idque constitutionibus sacri collegii consentaneum fuit. — AC 11 f. 30': 1585 Nov. 4 S. S. decrevit, ut in posterum, quando erunt reservandae pensiones, nominentur personae, alioquin non intelligantur impositae. — AC 11 f. 32' (AC_2 14 f. 30 seqq.): S. S. nimis absurdum esse ratus, cardinales procul ab ipso pontifice vitam agere, decrevit, ut, cum posterum aliquis, qui a C. R. absit, cardinalis creatur, antequam biretum ei imponatur, iuret, se infra annum a die praestiti iuramenti computandum omni mora postposita in Urbem venturum; quod si forte iurare recuset seu iuramentum non praestiterit anno elapso, habeatur tamquam ad cardinalatum omnino non assumptus et omnibus privilegiis, titulo etc. careat. — AC 11 f. 39: *1586* Febr. 26 S. S. decrevit generatim, spurios et naturales esse inhabiles et incapaces quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum et pensionum, nisi cum iis dispensetur. — AC_2 14 f. 43 seq.: 1586 Apr. 21 bullam indicat de iis, qui bannitis auxilium praestitissent, propterea non molestandis. — AC_2 14 f. 43: 1586 Apr. 21 lecta bulla et constitutio et sanctio *praecipui aerarii* deciescenties aureorum millium in arce s. Angeli repositorum, quam omnes praesentes cardinales observare iuraverunt. — AC_2 14 f. 44 seq.: 1586 Apr. 28 S. S. mandavit locum *aerarii praecipui* et scrinia, in quibus decies centena millia aureorum reposita sunt, singulis annis quater ab iis, quibus custodia commissa est, visitari; scrinia extrinsecus non aperiant et locum aerarii diligenter inspiciant. — AC_2 14 f. 44' seq.: 1586 Apr. 28 donavit Philippo regi cathol. et Philippo eius filio ad vitam ipsorum *ius praesentandi* ad ecclesias et monasteria in insulis Siciliae et Sardiniae existentia. — AC_2 14 f. 45 seq.: 1586 Apr. 29 mandavit Joanni Ant. card. ss. IV (XII, 15), quod decretum concessionis (illius) iuris praesentandi non referatur in libro gestorum sacri consistorii, donec fuerit desuper expeditum breve. Sept. 4 addi iussit aliquas notationes de non minuendis privilegiis apostolicis in istis ecclesiis seu monasteriis. — AC 11 f. 42: 1586 Maii 5 (AC_2 14 f. 46 seq.) S. D. N. decrevit, etiam antiquorum pontificum Romanor. vestigiis inhaerendo, quod, quando creationes et promotiones S. R. E. cardinalium faciendae erunt, tam a se ipso quam eius successoribus in quattuor temporibus adventus Domini mense Decembris tantum fiant. — AC_2 14 f. 46: 1586 Maii 5 S. S. decrevit, quod in futurum non fiant neque ignes neque radia neque tormentorum explosiones in die creationis pontificis, sed solummodo ista permittantur in vigilia et die coronationis. — AC_2 14 f. 46': 1586 Maii 15 S. S. optat, ut capita ordinum tractent, quomodo occurrendum sit populi *acclamationibus, quando pontifex in publicum prodit*, et si non penitus abrogari possunt, saltem cogitent modum, ne istae acclamationes fiant in ecclesia nec in ipsius ecclesiae porticu. — AC_2 14 f. 48: 1586 Maii 24 S. S. fecit verbum de erigendis officiis *militum Lauretanorum* et mandavit negotii expeditionem capitibus ordinum (s. collegii). — AC_2 14 f. 48': 1586 Jun. 2 mandavit, ut capita ordinum et alii deputati in *bulla aerarii* accedant ad locum et videant scrinium et numerent pecuniam et eam reponant in scriniis et eam partem, quae in moneta argenea reperiatur et quae non multa sit, in auream convertant et ipsum scrinium suis clavibus obserrent. — AC_2 14 f. 48' seq.: 1586 Jun. 2 deputavit cardinales (capita ordinum seu eorum vices gerentes) sc. cardinales Carafam (XI, 5), ss. IV (XII, 15) et de Columna (X, 26) ad examinandas *causas resignationum coadiutoriarum ecclesiarum* et beneficiorum consistorialium; causae ipsae a 2/3 ex ipsis debeant approbari, priusquam singuli ad consistorium causas referant. — AC_2 14 f. 49': 1586 Jun. 16 fecit verbum de visitatione *aerarii* per deputatos et camerarium et expectat relationem a decano p. t. impedito valetudine. — AC 11 f. 44: 1586 Jun. 23 S. D. N. benevolentiae causa certis cardinalibus indultum concessit conferendi beneficia ecclesiastica in mensibus apostolicis in Hispania et Italia. — AC 11 f. 44': 1586 Jul. 4 (AC_2 14 f. 53) de *subscribendis bullis* decrevit, quod, quotiescunque decretum aliquod a maiore parte s. collegii fuerit comprobatum, cardinales omnes in curia praesentes, etiam si consistorio non interfuerint aut non idem senserint, diplomati, quod eius rei causa conficietur,

subscribere debeant sub poena indignationis S. S. — AC_2 14 f. 52' seq.: 1586 Jul. 4 relatio card. de Columna (X, 26) de *visitatione aerarii:* Invenerunt per duos dies prima 454000 duc. in auro, et secunda die bis 234 000 scut. in auro et 60 000 in moneta argentea, quae in totum constituunt decies centena millia aureorum nummorum; ex superiore aerario suscepta in novum contulerunt; scrinio clauso duobus clavibus portam aerarii obserrarunt, quarum una penes decanum et altera penes thesaurarium S. S. remansit; camerarius eius anni fuit Andreas Martini notarius. — AC_2 14 f. 53': 1586 Jul. 4 S. S. in posterum *consistoria* die XV. mensis fieri iussit. — AC_2 14 f. 62: 1586 Oct. 27 S. S. concessit Henrico regi christ^{mo} *indultum quoad ecclesias* et monasteria in provincia Provinciae et Britanniae existentia cum iisdem conditionibus, quibus fuit concessum aliis praedecessoribus. — AC_2 14 f. 63': 1586 Nov. 5 Papa proponit consilium faciendi decreti super qualitatibus, quibus deberent esse praediti *vocandi ad cardinalatum.* — AC_2 14 f. 68: 1586 Dec. 3 fuit lecta bulla de numero et qualitatibus illorum, qui promovendi sunt ad cardinalatum. — AC 11 f. 51: 1586 Dec. 10 S. S. se in seq. consistorio aliquot cardinales creaturum esse dixit. — AC 11 f. 57': *1587* Jan. 28 *de protonotariis* S. D. N. decrevit, ut protonotarii apostolici de numero acta conficerent et omnia notarent et describerent ex veteri instituto, quae ad *sanctorum canonisationem* pertinent, et ea de causa quibusvis actis, congregationibus et consistoriis etiam secretis intersint, in quibus de aliquo in sanctos referendo ageretur; sibique Sua Sanctitas reliquit cogitandum, an hoc de genere constitutio et diploma promulgandum sit. — AC_2 14 f. 80': 1587 Apr. 6 papa legi iussit bullam editam super institutione et *provisione titulorum* cardinalium. — AC 11 f. 61': 1587 Apr. 13 S. D. N. iussu lecta est constitutio seu *bulla de titulis et diaconiis* dominorum S. R. E. cardinalium, in qua et numerus praefinitus est ad numerum cardinalium alias praescriptum et cautum est inter cetera, ne presbyteri diaconias neve diaconi titulos obtineant, et qui nunc haberent, dimittant. — AC 11 f. 64: 1587 Jun. 8 occasione provisionis Clumfertensis (Clonf. ecclesiae in Hibernia) S. D. N. dixit sibi a rege cathol. esse significatum vagari per Hispanias cum ordinis dedecore multos Hibernos episcopos verendumque esse, ne aliqui promoti non ad suas ecclesias, sed alio se conferrent; proinde diligenter considerandum esse, qui promoverentur, curandumque, ut ad suas ecclesias recta proficiscerentur. — AC 11 f. 66: 1587 Jul. 27 verba fecit *de titulis et inscriptionibus* literarum et de pragmatica Hispaniensi decrevitque, ne quisquam ex dominis cardinalibus literas recipiat legatve, in quarum superscriptione titulus huic dignitati conveniens non tribuatur, i. e. Illustrissimi et Reverendissimi seu Reverendissimi et Illustrissimi; si a tabellariis offerrentur, eas aut illis reddant aut lacerent, nec etiam per suos a posta quam dicunt sumi permittant; secus facientes excommunicationem incurrere, a qua nec per iubilaeum absolvi possent; dixitque S. S. se non comprehendere imperatorem et reges ad cardinales scribentes. — AC_2 14 f. 105 seq.: 1587 Nov. 16 card. Comensis (X, 27) retulit in arce s. Angeli *in aerario* reposita esse altera 1 000 000 aurea et dixit ultra ista alia 200 000 aurea. — AC_2 14 f. 106: 1587 Nov. 27 papa legi iussit decretum concilii Lateranen. sub Leone pp. X de non revelandis gestis consistorii, quod etiam renovavit. — AC 11 f. 81: *1588* Jan. 8 S. S. longa et luculenta oratione de *translatione corporis beatae memoriae Pii pp. V* a basilica Vaticana ad basilicam ad praesepe (b. Mariae maioris), ut recondatur in insigni marmoreo sepulcro a S. S. exstructo cum statua et elogio in sacello Sixtiano ab eadem S. S. magnificentissime aedificato, nimirum, ut pontifex summus de christiana republica optime meritus decenti loco collocetur; commemoravitque S. S., quam multa prospere eius auspiciis contra haereticos et infideles christiano populo obvenerint, vocemque illam ex sacra scriptura et libro Josue usurpavit de obediente Deo voci hominis. Translationem autem solemni funere sequente die sabbati futuram esse dixit ac feria II exequiae in basilica ad praesepe praesente S. S., invitavitque ad missam rev^{mos} dominos (card.). — AC 11 f. 82' (AC_2 14 f. 111'): 1588 Jan. 22 S. D. N., ut publica negotia citius et facilius expedirentur, et ut cardinales singuli proprias congregationes haberent et certa negotia, in quibus occuparentur, statuit, ut XV essent *congregationes*, quarum singulis V cardinales interessent, excepta congr. inquisitionis, cuius numerum non imminuit nec mutavit, decrevitque ut unaquaeque congregatio haberet suum decanum, card. seniorem inter electos, et eligerent consultores, quos vellent, cum facultate minora negotia in congregatione expediendi, graviora vero ad S. S. referrent. Admisso secretario Gualterutio lectus est index congregationum et cardinalium delectorum. — AC 11 f. 84 (AC_2 14 f. 114): 1588 Febr. 12 S. S. nonnullos externos etiam principes offendi dixit eo verbo „gratis", quasi eiusmodi *provisiones*, quod absit, vendi solerent; iussit cardinales congregationis concilii verbum aliquod magis idoneum excogitare pro provisione, in qua remittuntur annatae et taxae, cum non videretur conveniens verbis uti de gratia. — AC_2 14 f. 120': 1588 Mart. 16 S. S. dixit in futurum, quando fit gratia, dicendum non esse „et facta fuit gratia", sed potius: „cum condonatione sive remissione annatae et ceterorum iurium". — AC_2 14 f. 119' (AC 11 f. 86'): 1588 Mart. 16 S. S. decrevit, ut pro promotione ad cardinalatum omnes ecclesiae omniaque beneficia, cuiuscunque nominis et tituli essent, vacarent, nisi fuisset data retentio, quae concessa intelligeretur et data ad patriarchales, metropolitanas et cathedrales ecclesias, ad monasteria etiam commendata, ad prioratus et ad cetera omnia alia beneficia, quae convenire viderentur dignitati cardinalis; ad alia vero, quae viderentur repugnare dignitati et gradui, puta archipresbyteratus, archidiaconatus, decanatus, canonicatus et similia beneficia, non extenderetur, cum obtinentes huiusmodi beneficia tenerentur residere in choro et habere deberent locum post episcopum cardinalis dignitati non convenientem. NB. Dubium ortum erat de Card. Joanne Mendoza (XIII, 24). — AC_2 14 f. 118 seq.: 1588 Mart. 16 papa dixit se deputasse *congregationem annonae* et penes Joan. Aug. de Pinellis, suum depositarium, summam 200 000 aureorum deposuisse, quae inserviret pro usu annonae et converti non posse in alium usum. — AC_2 14 f. 125: 1588 Apr. 27 lecta fuit bulla ternorum 1 000 000 aureorum in arce s. Angeli in *aerario reconditorum.* — AC_2 14 f. 126 seq.: 1588 Maii 4 card. Gesualdus (X, 9) refert, deputatos die 29. mensis Aprilis accessisse ad arcem s. Angeli ibidemque in *secretiore aerario* reposuisse alia 1 000 000 aureorum, quae in totum nunc sunt 3 000 000 scut. auri in auro. — AC 11 f. 89' seq. (AC_2 14 f. 127 seq.): 1588 Maii 11: *5 declarationes papae factae de congregationibus.* 1. Si ante inchoatum iudicium coram aliquo iudice pars coram congregatione conventa renuerit in illam consentire et noluerit causam a congregatione terminari, tunc ad iudicem competentem remittatur. 2. Si coram aliquo iudice inchoatum fuerit iudicium, et deinde partes concordes congregationem adiverint, tunc congregatio eam decidat et omnia acta ad se transportari faciat. 3. Si causa coram congregatione coepta fuerit et deinde aliquod emergens supervenerit, tunc nedum illa causa coepta, verum etiam illud emergens a congregatione expediatur. 4. Si causa in ipsa congregatione decisa requirat, ut super illa expediatur supplicatio vel breve, tunc decrevit S. S., quod in ipsa supplicatione vel brevi fiat mentio causam de ordine congregationis fuisse ita terminatam. 5. Si alicui congregationi occurrerit pro rebus ad ipsam congr. spectantibus bracchio saeculari indigere, tunc recurratur ad vicarium, gubernatorem, ad camerae aplic. auditorem sive ad alium iudicem, qui praeceptis ab ipsa congr. factis obedire teneatur. — AC_2 14 f. 130 seq.: 1588 Junii 8 S. S. refert de itinere suo ultimis diebus facto in Civitatem veterem ad revisionem classis exstructae. — AC_2 14 f. 136': 1588 Jul. 4 S. S. dixit his aestivis temporibus *consistoria* fore quolibet XV die. — AC_2 14 f. 144': 1588 Sept. 19 remisit ad congregationem super executione ecclesiarum ea, quae petuntur circa *remissionem annatae* et ceterorum iurium et expeditionem per viam secretam; mandata congregationis absque relatione executioni mandentur. — AC_2 14 f. 156': 1588 Dec. 19 S. S. dixit, se diminuere velle redditus *auditoris camerae* aplic., ut sine detrimento camerae deinde provideri posset personae idoneae, de 9000 scut. ad 3000. — AC_2 14 f. 156: 1588 Dec. 19 S. S., quod *card. de Mendoza* (XIII, 24) contra constitutionem a S. S. factam pro novi cardinalis extra curiam existentis promotione infra annum ad curiam non venerat, congregationi super ritibus deputatae una cum aliquibus auditoribus rotae difficultatem considerandam offert, utrum iste „annus" incipiat a die creationis, an vero a die praestiti per ipsum card. iuramenti. — AC 11 f. 108: *1589* Jan. 16 card. Gesualdus (X, 9), praefectus congregationis rituum, iubente S. S. de eo, quod dubitatum fuerat, an card. Mendoza constitutioni S^{tis} S., qua cardinales novi ad Urbem intra annum venire tenentur, satisfecisset, rettulit, rem in congregatione diligenter esse examinatam et, quamvis uno in loco aliquid difficultatis esse videretur, tamen duos alios esse locos, in quibus disertis verbis expressum esset annum praefinitum decurrere non a die creationis, sed a die praestiti iuramenti; itaque S. S. acceptis votis cardinalium decrevit constitutionem illam sic esse intelligendam, ut annus non a creatione, sed a iureiurando deducatur, mandavitque decretum notari ab iis, quorum id munus esset. — AC 11 f. 115: 1589 Apr. 12 S. S. dixit esse reposita in *aerario* in arce S. Angeli tria centum millia aureorum sive tres milliones, ad quartum vero perparum deesse; sed tres illos certis legibus adstrictos esse, ut nihil inde nisi praescriptis casibus detrahi liceat, dictisque sententiis S. S. fratrum consilio decrevit, ut IV. millio in arce ita asservetur, ut non tamen iisdem quibus alii

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 1585 Maii 13 habita.*[1])

1. **Alexander Perettus**, pronepos S. S., clericus Romanus = diac. tt. s. Hier. Illyr. (de Montalto) 1585 Jun. 14, tr. ad tt. s. Mariae in Cosm. 1587 Apr. 20, ad tt. s. Eustachii[2]) 1587 Sept. 11, ad tt. s. Laur. in Dam.[3]) 1589 Mart. 13, vicecancellarius S. R. E.[4]), † in C. R. 1623 Jun. 2.

b) *in secunda promotione 1585 Dec. 18 habita.*[5])

2. **Henricus Gaetanus**, referend. aplic., patr. Alexandrin. = tt. s. Pudentianae (Alexandrinus vel Gaetanus)[6]) 1586 Jan. 15, camerar. S. R. E.[7]), † in C. R. 1599 Dec. 13

3. **Georgius Drascovitius**, aep. Colocen., prius ep. Quinqueecclesien., Zagabrien., Jaurien. = re-

vinculis constringatur, sed libero ac soluto iure sit. — AC 11 f. 125: 1589 Oct. 9 S. S. se Terracinam ob nonnullas publicas causas proficisci velle dixit. — AC 11 f. 125': 1589 Oct. 25 dixit se Terracinam, Pipernum, Sermonetam felici itinere adiisse, perlustrasse oras illas maris, si quae idoneae viderentur ad aedificandum portum, et audivisse architectos. — AC 11 f. 127 seq.: 1589 Nov. 15 *decretum de diaconis cardinalibus* (cf. p. 56 not. 9 ad eccl. Albanen. ad 1589 Nov. 8 positam). S. D. N. proposuit, quod, cum in constitutione seu bulla alias super creatione S. R. E. cardinalium edita (volens diaconos cardinales, qui in sua vocatione permanserint et in ministerio ordinis sui perseveraverint, maioribus honoribus prosequi) inter alia statuerit, ut post tres vacationes sex cathedralium ecclesiarum, quibus episcopi cardinales praesunt, quarta vacatione alicuius ex eis occurrente prior diaconorum cardinalium, qui praesens fuerit et in aetate legitima constitutus, vel si ille noluisset aut nequivisset assumi, sequens diaconus eisdem qualitibus praeditus ad ecclesiam huiusmodi cathedralem ut praefertur vacantem promoveretur et ita deinceps servaretur, prout in eadem constitutione plenius continetur; agnoscensque idem S. D. N. mentis suae in ea constitutione fuisse, non ut novus vel forte paucos ante annos creatus diaconus cardinalis ad aliquem ex dictis episcopatibus seu ecclesiis, cui seniores presbyteri cardinales praefici solent, promoveatur, sed qui diu in suo ordine et vocatione, ut verba eiusdem constitutionis aperte demonstrant, permanserit et in ministerio sui ordinis perseveraverit, is tali ecclesiae praeficiatur; ac providere cupiens, ne forte in futurum dubitari contingat, de quanti temporis cursu perseverantia illa in diaconatus ordine intelligatur, eadem S. S. in eodem consistorio suo secreto habito supradicta die, de venerabilium fratrum suorum S. R. E. cardinalium unanimi consilio et assensu, sua apostolica autoritate declaravit et decrevit, ut prior diaconorum cardinalium seu alius sive immediate sive successive sequens diaconus cardinalis, quarta occurrente vacatione, ut praemittitur, ad dictam ecclesiam seu episcopatum ex sex praedictis vacantem assumi seu promoveri possit, exigi et requiri debere, ut integros annos saltem decem et non pauciores in suo diaconatus ordine permanserit et in illius ministerio perseveraverit, etiamsi numerus XIV diaconorum cardinalium non sit expletus, dummodo ad minus decem diaconi existant, prout declarat et decernit, ac sic in praemissis per quoscunque iudices et commissarios, etiam causarum palatii apostolici auditores et ipsos S. R. E. cardinales, in quavis causa et instantia, sublata eis et eorum cuique quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere necnon irritum et inane, quicquid secus super his a quocunque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, similiter decrevit. — AC 11 f. 127': 1589 Nov. 15 S. S. constituit, ut congregationes (etiam proposita indignationis suae poena) singulis saltem hebdomadis habeantur monuitque, ut amanter inter se deferentes unusquisque sententiam suam dicat, nec ex unius sed ex omnium aut plurimorum iudicio res definiantur. — AC 11 f. 128: 1589 Nov. 15 *decretum super ecclesiarum resignatione et coadiutoriis.* S. S. dixit aliquos ex S. R. E. cardinalibus et alias personas diversas ecclesias metropolitanas seu cathedrales obtinentes multum instare, ut resignationes suarum ecclesiarum admittantur, non, ut libere de illis disponatur, sed ut de eis eorum nepotibus sive consanguineis ac aliis personis eis gratis provideatur, sive ut in praedictis ecclesiis similes personae ipsis coadiutores cum futura successione deputentur; et ne ita de facili similes resignationes seu similes coadiutoriae petantur, S. S. decrevit, quod, si per quamcunque resignationem in futurum faciendam, tam a S. R. E. cardinalibus quam ab aliis quibuscunque personis, de patriarchalibus, metropolitanis et cathedralibus ecclesiis, de illis provideri contigerit eorum nepotibus, consanguineis vel aliis personis gratis et acceptis ipsis resignantibus, cuiuscunque gradus, qualitatis et dignitatis, etiamsi S. R. E. cardinales essent, debeant praedicti provisi solvere propter expeditionem literarum integra iura S. R. E. cardinalium collegio et cancellariae et camerae apostolicae officialibus, etiam quando ipsi provisi, vel quia cardinales vel quia alio modo privilegiati, talia iura solvere non tenerentur, quod de cetero voluit habere locum, etiam si similes personae in praedictis ecclesiis deputati eis fuissent coadiutores cum futura successione; decernens eadem S^tas^, quod praedicti omnes teneantur talia iura integraliter solvere, etiam quod ipsi non integros fructus perciperent, quia illi loco reservationis vel pensionis sive alio titulo ab aliis perciperentur, cum nolit ipsa S^tas^ debere exspectari tempus ad solvenda praefata iura, quod talis titulus esset, sed velit illa per supradictos absque mora solvi debere et nullam posse impetrari gratiam et quod ante propositionem in consistorio faciendam pro solutione iurium detur cedula bancaria. — AC_2 14 f. 193' seq.: 1589 Nov. 29 S. S. promulgat *iubilaeum* pro II. vel III. dominica adventus pro his, qui alteram ex his duabus ecclesiis, nempe s. Mariae maioris vel s. Petri, devote uno die illius hebdomadae visitassent et pro ecclesia in Galliae regno restauranda orassent. — AC 11, f. 135': *1590* Jan. 15 lecta est bulla seu constitutio, qua alienationes officiorum S. R. E. seu iurium ipsis officiis annexorum ab officialibus factae rescinduntur et in posterum prohibentur. — AC 11 f. 136': 1590 Jan. 29 S. S. renovat decretum alias factum de *vacatione officiorum* et beneficiorum ob promotionem ad cathedrales et superiores ecclesias dixitque id velle omnino observari. — AC 11 f. 144' seq.: 1590 Maii 28 S. S. verba fecit et relationem de statu camerae aplic. et rebus a se gestis ad instruendos cardinales; commentarium scriptum erat iussu papae a card. Justiniano (XIII, 16), qui continuavit Junii 4, Junii 18 et Julii 4.

[1]) AC 11 f. 23 (AC_2 f. 4): 1585 Maii 13 creatur card. diac. *Alexander Perettus*, cler. Rom., S. S. ex sororis filia pronepos et Fabii Damasceni filius, in nomen et familiam adscitus, in XIV aetatis anno constitutus. — L. c. f. 24' (AC_2 14 f. 5' seq.): Maii 25 idem admissus ad osc. accepit pileum rubeum. — AC_2 14 f. 6: 1585 Jun. 3 eid. os clausum et (AC 11 f. 25 et AC_2 14 f. 7') Jun. 14 apertum et tt. assignatus est.

[2]) AC 11 f. 73 (AC_2 14 f. 102 seq.): 1587 Oct. 26 *card. de Montalto* deputatur legatus Bononiae loco card. Gaetani Romam revocati (XII, 2).

[3]) Cf. p. 54 ad 1591 Sept. 13.

[4]) AC_2 14 f. 168 seq. et AC 11 f. 113.

[5]) AC 11 f. 32': 1585 Dec. 11 S. D. N. proposuit de cardinalibus creandis in proximis IV temporibus dixitque se privatim auditurum ea de re rev^mos^ dominos. L. c. f. 33' (AC_2 14 f. 32 seq.): Fer. IV quattuor temp. Romae apud s. Petrum fuit consist. secr. de more, in quo a S. D. N. de consilio et assensu rev^mor^. dominor. nominati, creati et publicati sunt cardinales octo, videl.: Henr. Gaetanus, referend. aplic. et patr. Alexandrin., Romanus, Georgius Drascovitius aep. Colocen. in Hungaria, Joan. Bapt. Castruccius Lucensis, aep. Theatin., praelatus domesticus, Federicus Cornelius Venetus ep. Patavin., cam. aplic. clericus, Hippol. de Rubeis Parmensis, ep. Papien., Dominicus Pinellus Genuensis, olim ep. Firman., cam. aplic. clericus, Decius Azzolinus Firmanus, ep. Cervien., secretarius papae, Hippol. Aldobrandinus Florentinus, auditor rotae et datarius papae, presbyteri, cum retentione omnium etc. praeter officia Rom. curiae — AC 11 f. 33' (AC_2 14 f. 32'): 1585 Dec. 19 omnes cardinales in loco consueto palatii aplic. in consist. publ. admissi sunt excepto Hungaro. — AC 11 f. 37 (AC_2 14 f. 33): 1586 Jan. 8 eisdem os clausum et (AC 11 f. 38, AC_2 14 f. 34 seq.) Jan. 15 apertum est et papa iis titulos assignavit.

[6]) AC_2 14 f. 57' (AC 11 f. 45): 1586 Aug. 22 *card. Caietanus* deputatur legatus Bononiae. — AC 11 f. 73: Revocatur Roman 1587 Oct. 26, cui successit card. de Monte alto (XIII, 1).

[7]) AC 11 f. 124' (AC_2 14 f. 186): 1589 Sept. 25 idem, S. R. E. camerarius, deputatur legatus de lat. in Galliam; cui Oct. 2 crux legationis data est.

mansit sine tt. (Colocensis)[1]), † ex. C. R. 1587 Jan. 21[2]).

4. **Joannes Baptista Castruccius**, praelatus domesticus, aep. Theatin. = tt. s. Mariae in Ara Coeli (Castruccius) 1586 Jan. 15, tr. ad tt. ss. Joan. et Pauli 1592 Febr. 14, † ex. C. R. 1595 Aug. 18.

5. **Federicus Cornarus**, cler. cam. aplic., ep. Paduan., prius Traguríen., Pergamen. = tt. s. Steph. in Coel. M. (Paduanus vel Cornelius) 1586 Jan. 15, † in C. R. 1590 Oct. 4[3]).

6. **Hippolytus de Rubeis** (de Rossi), ep. Papien. = tt. s. Mariae in Port. (Papiensis) 1586 Jan. 15, tr. ad tt. s. Blasii 1587 Apr. 27, † in C. R. 1591 Apr. 28.

7. **Dominicus Pinellus**, cler. cam. aplic., olim ep. Firman. = tt. s. Laur. in Panisp. (Pinellus) 1586 Jan. 15, tr. ad tt. s. Chrysog.[4]) 1591 Jan. 14, † in C. R. 1611 Aug. 9.

8. **Decius Azzolinus**, secretarius papae, ep. Cervien. = tt. s. Mathaei in Merul. (Azzolinus) 1586 Jan. 15, † in C. R. 1587 Oct. 9[5]).

9. **Hippolytus Aldobrandinus**, auditor rotae et datarius papae = tt. s. Pancratii (Aldobrandinus)[6]) 1586 Jan. 15, maior poenitentiarius, ass. ad Pont., nom. Clemens pp. VIII, 1592 Jan. 30.

c) *in tertia promotione 1586 Nov. 16 habita.*[7])

10. **Hieronymus de Rovere**, ep. Taurinen. = tt. s. Petri ad Vinc. (de Rovere) 1587 Jan. 14, † in C. R. 1592 Febr. 7.

11. **Philippus de Lenoncourt**, consiliarius regis christmi, olim ep. Autissiodoren., prius ep. Catalaunen. = tt. s. Onofrii (de Lenoncourt)[1]) 1588 Jan. 15, † in C. R. 1592 Dec. 13.

12. **Hieronymus Bernerius** O. Pr., ep. Asculan. = tt. s. Thomae in Par. (Asculanus) 1587 Jan. 14, tr. ad tt. s. Mariae sup. Min.[2]) 1589 Nov. 8, † in C. R. 1611 Aug. 5.

13. **Antonius Maria Gallus**, ep. Perusin. = tt. s. Agnetis in Agone (Perusinus)[3]) 1587 Jan. 14, [ep. Auximan.], † in C. R. 1620 Mart. 30.

14. **Constantius de Sarnano**, O. Min. Conv. = tt. s. Vitalis (s. Vitalis) 1587 Jan. 14, tr. ad tt. s. Petri in Montorio[4]) 1587 Apr. 20, † in C. R. 1595 Dec. 20.

15. **Hieronymus Mathaeius** (Mattëi), auditor cam. aplic. = diac. tt. s. Adriani (Mathaeius) 1587 Jan. 14, tr. ad tt. s. Agathae[5]) 1587 Apr. 20, ad tt. s. Mariae in Cosm. 1587 Sept. 11, ad tt. s. Eustachii 1589 Mart. 20, tr. ad ord. presbyter. 1592 Febr. 16[6]), † in C. R. 1603.

16. **Benedictus Justinianus** (Giustiniani), referend. et thesaur. gener. = diac. tt. s. Georgii ad Vel. aur. (Justinianus) 1587 Jan. 14, tr. ad tt. s. Agathae 1587 Sept. 11, ad tt. s. Mariae in Cosm.[7]) 1589 Mart. 20, ad tt. s. Marcelli[8]) 1591 Jan. 7, † in C. R. 1621.

17. **Ascanius de Columna** (Colonna), abbas s. Sophiae Beneventan. = diac. tt. ss. Viti et Mod. (Columna)[9]) 1587 Febr. 25, tr. ad tt. s. Nic. in Carc.[10]) 1588 Dec. 5, ad tt. s. Mariae in Cosm. 1591 Jan. 14, † in C. R. 1608 Maii 17.

d) *in quarta promotione 1587 Aug. 7 habita.*[11])

18. **Guilelmus Alanus**, clericus Anglus, protonot. aplic.

---

1) AC_2 14 f. 38 seq.: 1586 Mart. 15 S. S. significat, quomodo *Georgius card. Colocen.* ab ipso receperat biretum iuxta decretum a. S. S. emanatum 1585 Dec. 11.

2) AC 11 f. 77' et *Gams* 374.

3) AC 11 f. 151': 1590 sed. vac. per ob. Urbani VII.

4) AC 11 f. 45: 1586 Jul. 28 *card. Pinellus* cr. legatus prov. Romandiolae (cf. p. 52 not. 3). — Cf. p. 47 not. 6. — AC_2 15 f. 15 (AC 11 f. 158'): 1591 Febr. 18 *card. Pinellus* deputatur legatus de lat. provinciae Perusiae et Umbriae.

5) AC 11 f. 77': 1587 Oct. 9 obiit Romae *Decius pbr. card. Azzolinus*, archipbr. s. Mariae maioris, sepultus in sua basilica.

6) AC 11 f. 91 (AC_2 14 f. 130): 1588 Maii 23 *card. Aldobrandinus* deputatur legatus de lat. in Poloniam pro pace et quiete regni illius; crux ei data est Maii 27. — AC 11 f. 118' (AC_2 14 f. 176 seq.): 1589 Maii 29 *card. Aldobrandium* rediisse ex legatione germanica et polonica S. S. dixit re per Dei gratiam prospere gesta, cum inter caesarem eiusque fratrem Maximilianum totamque Austriacam domum ex una parte et regem Poloniae ex altera pax conciliata esset, ex qua eidem Maximiliano libertas restitueretur: magni momenti actum negotium, duplex periculum evitatum, cum alteri Turca, alteri Moscus faveret; decrevisse se crastino die excipere legatum in consistorio publ., ut mos est, sed apud Lateranum in novo palatio pontificio a se exstructo, ut in pacis legatione locus ille paci dedicaretur. — AC 11 f. 119 (AC_2 14 f. 177' seq.): 1580 Maii 30 *card. Aldobrandinus*, maior poenitentiarius, e legatione Polonica rediens excipitur et in consistorio secreto (1589 Jun. 5 habito) distincte et graviter omnia a se acta explicavit. — Cf. p. 54 ad 1591 Sept. 13.

Campegius Alexander (VII, 9)
„ Laurentius (III, 21)
Campofregoso (de) Federicus (VI, 28)
Cananius Julius (XII, 21)
Canisius Aegidius O. s. Aug. (III, 28)
Capisuccus Joannes Ant. (IX, 8)
Capiteferreo (de) *v.* Recanates
Caracciolis (de) Marinus Asc. (VI, 9)
Carafa Alphonsus (IX, 16)
„ Antonius (XI, 5)
„ Carolus (IX, 1)
Carafa Diomedes (IX, 4)
„ Joa. Petrus (VI, 10)
„ Joannes Vinc. (V, 7)
„ Oliverius (I, 2)
Cardona (de) Henricus (V, 10)
Caretto (de) Dominicus (II, 12)
Carpensis (de Carpo) Rodulphus (VI, 16)
Carvajal Bernardinus (I, 14)
Casanova (de) Jacobus (I, 44)
Castaneus (Castagna) Jo. Bapt. (XII, 16)
Castellar Joannes (I, 37)
Castelle(n)sis Adrianus (I, 43)
Castillione (de) Franc. Abundius (X, 39)
Castillione (de) Odettus (V, 32)
Castro (de) Joannes (I, 24)
„ „ Rodericus (XII, 18)
Castruccius Jo. Bapt. (XIII, 4)
Ceccius Pomponius (VI, 43)
Cervantes Gasparus (XI, 7)
Cervinus Marcellus (VI, 33)
Cesis (de) Federicus (VI, 56)
„ „ Paulus (III, 32)
Cesius Petrus Donatus (XI, 9)
Challand (de) Robertus (II, 6)
„ „ Lud. *v.* Gorrevodo (de)
Chambre (de la) *v.* Camera (de)
Châtillon *v.* Castillione (de) Odettus
Chiesa *v.* Ecclesia
Cibo Innocentius (III, 4)
„ Laurentius (I, 9)
Cicada Jo. Bapt. (VII, 13)
Ciochi Ant. Mª de Monte s. Savini (II, 20)
Claromonte (de) Franc. Guil. (II, 3)
Clesius Bernardus (V, 20)
Coligny *v.* Castillione (de) Odettus
Columna (de) Ascanius (XIII, 17)
„ „ Joannes (I, 7)
„ „ Marcus Ant. (X, 26)
„ „ Pompejus (III, 18)
Comitibus (de) Franciscus (III, 9)
Commendonus Joannes Franc. (X, 43)
Consiliarius Jo. Bapt. Ghislieri (IX, 18)
Contarellus Matthaeus (XII, 29)
Contarenus Gasparus (VI, 8)
Conti *v.* Comitibus (de)

---

[1]) Plerique S. R. E. cardinales, praesertim ii, qui de nobili genere nati aut officiis in curia Romana functi erant, etiam vulgariter ab ipsis nominibus gentiliciis, alii vero aut a titulis suis cardinalibus aut ab episcopatibus, quos obtinebant, cognominabantur: quae cognomina sequuntur sub litt. B.

B. Cognomina, quibus nonnulli S. R. E. Card. „vulgariter" nuncupabantur.

Appendix.

De Camera et apostolica et s. collegii card.

A. Camerarii S. R. E. annis 1503—1590 hi fuerunt.

1503—1521 Jul. 9 Raphael (Sansonus) Riario (I, 6): AC_1 1 f. 79.

1521 Jul. 74 — 1521 Sept. 13 Innocentius Cibo (III, 4): AC_1 1 f. 172'.[1])

1521 Sept. 13 — 1528 Jun. 8 Franc. Armellinus de Medicis (III, 25): AC_1 1 f. 177.[2])

1528 Jun. 8 — 1537 Oct. 18 Augustinus Spinola (V, 2): AC_1 2 f. 140.

1537 Oct. 22 — 1564 Oct. 6 Guido Ascanius Sfortia (VI, 2): AC_1 4 f. 44'; AC 9 f. 107.

1564 Nov. 17 — 1568 Nov. 19 — Vitellotius Vitellius (IX, 17): AC_1 8 f. 184; AC 9 f. 109'; AC 10 f. 24.[3])

1) AC_1 1 f. 177: 1521 Sept. 13 card. Cibo resignat per procuratorem, card. ss. IV (III, 1), officium camerarii S. R. E.

2) AC_1 2 ante f. 1: 1525 Mart. 13: Ordo et norma exigendi taxas in officio cedularum datum reverendissimo domino *card. Armellino.* Omnis cedula cuiuscunque ecclesiae taxatae usque ad 200 duc. solvit officio duc. 2, a 200 duc. ad 500 duc. 3, a 500 duc. ad 1000 duc. 4, de singulis millleariis excepto primo duc. 2. Qui habet curam officii, solitus est habere Julios 5 pro quacunque cedula. Item si reperitur regressus, solvitur ad ratam taxae; item pro retentionibus ecclesiarum et monasteriorum solvitur, prout reperiuntur taxatae; de aliis retentionibus nihil. — AC_1 2 f. 119': 1526 Nov. 26 *card. Fr. Armellinus* S. R. E. camerarius, ut notaret res consistoriales, donec S. S. crearet vicecancellarium (pro Card. de Columna (III, 18) privato 1526 Nov. 21), deputatus est.

3) AC_1 8 f. 184' seq.; AC 9 f. 109': 1564 Nov. 17 card. *Vitellius* deputatur S. R. E. camerarius accepto ab eo pretio 70 000 duc. auri in auro cum pacto, quod infra VIII annos proximos ipse possit officium ipsum in favorem cuiuscunque personae idoneae et S. S^ti^ gratae et acceptae etiam pro certo pretio resignare et pretium accipere in suosque usus convertere; et si contingat eum antea officio non resignato decedere, satisfieri debeat per cameram aplic. de dicta summa 70 000 scut. heredibus, creditoribus et fideiussoribus. — AC_1 8 f. 81': 1561 Apr. 14 card. *Vitellius* nomine procuratorio card. Neapolitani (VI, 64) resignavit officium regentatus curiae causarum camerae apostolicae et S. S. camerariatui ceterisque curiae Romanae officiis iura et emolumenta solita restituit et officium auditoriatus curiae causarum huiusmodi reintegravit.

1568 Dec. 3 — 1570 Maii 10 Michael Bonellus (XI, 1): AC 10 f. 25', 64 seq.[1])

1570 Maii 10 — 1584 Maii 10 Aloisius Cornarus seu Cornelius (VII, 15): AC 10 f. 64 seq.; AC 11 f. 14.

1584 Maii 14 — 1587 Aug. 17 Philippus Guastavillanus (XII, 2): AC 11 f. 6', 77; AC_2 24 f. 187'.[2])

1587 Oct. 26 Henricus Gaetanus (XIII, 2): AC 11 f. 73.[3])

1) AC 10 f. 64 seq.: 1570 Maii 10 card. *Alexandrinus*, papae sec. carnem nepos ex sorore, qui ab eo camerarius S. R. E. nominatus erat, hodie renuntiatur ea conditione antea facta, quod papa, si necessitas ecclesiae requireret, posset vendere camerariatum. Hoc modo propter defensionem Avenionensem auxiliaque Venetis et catholicis in aliis regionibus oppressis praestanda hoc munus tradit pro pretio convento card. *Cornelio.* Cum autem lis esset in auditorio rotae inter cameram aplic. et heredes card. Vitellii defuncti, qui pecunias a cardinali numeratas reclamant, S. S. card. Cornelio ab omni onere liberato cameram apostol. eo implicat.

2) AC 11 f. 6'; AC_2 24 f. 187: 1584 Maii 14 a papa concessus est camerariatus *Phil. card. Vastavillano* (qui solvit scuta 50 000) cum facultatibus sicut in bulla expedienda et dixit S. S., quod diminuit pretium dicti officii ab eo, quo antecessores habuerant, eo quia diminuit etiam redditus. — AC 11 f. 69 (AC_2 14 f. 95'): 1587 Aug. 31 S. S. verba fecit de illius fructibus et proventibus dividendis, ita ut certa eorum portio camerario p. t. attribuatur, et de reliquis mons erigatur, ut huiusmodi officium commodius vendi atque emi posset. Cum redditus istius officii ascenderent quolibet anno ad scuta circiter 10 000, S. S. intendit dismembrare redditum annuum scutorum 6000 pro supradicto monte erigendo, ita ut vendere posset hoc officium cum redditu annuo 4000 scut.

3) AC 11 f. 73: 1587 Oct. 26 card. Gaetanus, Bononiae legatus, ad munera officii sui obeunda Romam redire cogitur. — Cf. sup. p. 50 col. 2 not. 7.

B. De camera sacri collegii.

I. Statuta et constitutiones sacri collegii S. R. E. cardinalium de Officio camerarii ipsius collegii sub Leone X (1514)[1]).

Constitutiones sacri collegii reverendissimorum S. R. E. cardinalium partim renovatae partim de novo additae cum multis necessariis clausulis anno a nativ. Domini MDXIV pontificatus S^mi^ D. N. Leonis div. prov. pp. X anno secundo.

Quoniam tunc magis res omnes publice et privatim crescere, augeri et ampliari tam natura ipsa quam experientia videmus, cum ad id multorum consilium circumspectaque et matura deliberatio concurrunt, idcirco rationabili et honesta causa factum censeri potest, quod reverendissimi domini S. R. E. cardinales sacrum collegium repraesentantes in ordinandis et statuendis rebus his, quae ad communem eorum utilitatem honoremque pertinent, fraterne concorditerque conveniant ad ea deliberanda, quae pacem animorum et rerum suarum commodum et felicem dispositionem concernunt. Quod cum ita sit, nos episcopi, presbyteri, diaconi S. R. E. cardinales in unum congregati ac sacrum collegium repraesentantes statuimus et ordinamus, S^mo^ etiam D. N. annuente et consentiente, ut ipsius nostri collegii camerariatus, quo communis utilitas communeque emolumentum procuratur, posthac communiter per omnes et singulos reverendissimos cardinales vicissim exerceatur, tractetur et procuretur hoc modo videlicet, ut anno D. N. Jesu Christi 1515 adveniente, qui primum post praesentem camerarium inter eosdem dominos cardinales locum ordine suo obtinet, magistratum, onus et officium accipiat huiusmodi et S^mo^ D. N. a sacro collegio praesentatus sigillum et facultatem censurarum a Ste Sua accipiat officiumque exercere incipiat secundum statuta et consuetudines inferius adnotandas per integrum annum. Quo exacto absque aliqua convocatione dominorum cardinalium vel resignatione officii intelligatur ipso facto dictum officium expirasse. Quod deinde cardinalis, qui loco secundus erit, per alium annum agat. Et si contigerit camerarium vel ante finitum annum ab humanis decedere vel abesse

1) Arm. XXXII, 34 f. 108—112. Quae statuta, ao. 1514 composita et mense Jan. 1515 a S. S. approbata, eius et cardinalium voluntate libro taxarum collegii inseruntur die 1 Mart. 1516.

ab Urbe ex causa necessaria vel infirmitatem incurrerit, propter quam ab exercitio officii impediatur, alter cardinalis immediate sequens in dicto officio subrogetur in dicto casu. In reliquis vero dictus camerarius possit unum ex suis reverendissimis cardinalibus ad supplendum eius vices in dicto officio [constituere] durante impedimento praedicto, qui ad omnia teneatur, ad quae principalis camerarius tenebatur et obligabatur. Singuli denique deinceps eisdem conditionibus tractent, quod omnis noster numerus impleatur, illis dumtaxat exceptis, qui vel absentes vel senio aut gravi aliqua aegritudine ita confecti sunt, ut onus ex eo acceptare non possint neque velint. Cum vero numerus ipse cardinalium omnis emensus, evolutus et completus erit, repetito principio primus item cardinalium officium ipsum repetat, ut in girum huiusmodi procuratio et onus officii transeat absque ullo salario vel emolumento, ut qui non alienas sed res suas agat, sitque paulo post beneficium idem eandemque vicem ab alio accepturus, ea re contentus, quae non parvi existimanda est, quod communitati inserviat et rem gratam collegio et confratribus faciat, quodque, sicut de unoquoque sperandum est, dum utiliter, fideliter, diligenter officium ipsum exercet, inde laudem et honorem, quod est maximum praemium, mereatur; nam ingenuis et tantae praeeminentiae viris nullum maius praemium expetendum certe est.

Item quod camerarius, qui pro tempore fuerit, quantum potest, se conformet camerario S^{mi} D. N. papae et camerae apostolicae et e converso, ut caritas servetur et pari distributione quilibet habeat esse contentus, et si aliqua inter eos contentio suborietur, referat D. N. papae in praesentia sacri collegii et camerarii ipsius D. N. papae.

Item quod, quando contigerit proponi aliqua remissio seu dilatio, id fiat per camerarium tantum et tunc exquirantur vota per ballotas albas vel nigras. Et si camerarius secus fecerit, de suo illud solvere teneatur. Si fuerint autem aliqui vel aliquis dominorum, qui gratiae consentire nolint, non consentienti et petenti portio sua detur; et qui noluerit consentire, antequam ballottam nigram det, eam publice ostendat et postea petat partem suam, et nisi publice det ballottam, repetere non possit partem suam.

Item quod non possit idem camerarius in domo sua vel extra tenere de numero suae familiae commensales vel alios suis expensis et sumptibus clericos dicti collegii vel alterum ex eis; et si contrarium fecerit, dicti clerici ipso facto vel alter eorum sint privati dicto officio.

Item quod singulis duobus mensibus vel ante, si fuerit per collegium requisitus, praefatus camerarius debeat facere divisiones nec sine consensu dominorum cardinalium ultra valeat illam differre.

Item quod sint duo clerici, unus cismontanus et alter ultramontanus, more antiquo, et unus depositarius collegii ab ipso collegio eligendi, qui durent ad annum unum dumtaxat sine spe alicuius prorogationis, et non possit idem depositarius eligi de novo ad dictum depositariatum infra triennium; finito enim anno expirasse eorum depositariatus officium censeatur nec confirmari ullo modo valeat. Eligantur autem communi omnium suffragio explorato per ballottas nigras et albas: ita tamen, quod duae tertiae partes ballottarum albarum aut maior numerus quam dimidium sufficiat electioni tam clericorum quam depositarii; debeantque dicti clerici contenti esse salario X ducatorum auri de camera in singulos menses pro singulo ipsorum. Qui faciant et exerceant ipsorum officium more solito et in manibus dicti camerarii iurent fideliter et diligenter eorum officium exercere ac iura et emolumenta, fructus, redditus et proventus ipsius collegii contra quoscunque manutenere et, quotiescunque fuerint requisiti, reddere rationem; et quod nihil aliquo modo ex quacunque causa recipiant, nisi quantum eis fuerit pro salario deputatum.

Item quod praefatus camerarius faciat fieri per dictos clericos duos libros authenticos, in quibus omnes introitus et exitus praefati collegii describantur, quae (quos?) praefati clerici aut alter eorum ad omnes requisitiones etiam singulorum de collegio praestare et ostendere debea[n]t etiam sine licentia dicti camerarii.

Item quod praefatus camerarius dicti collegii de omnium bis in anno, vndelicet ante festum b. Joannis Baptistae et ante festum Nativitatis D. N. Jesu Christi, teneatur reddere rationem et his ipsis temporibus petere a collegio duos auditores reddendae rationis praedictae, qui postmodum dicto collegio, quae invenerint, fideliter referant.

Item quod praefatus camerarius, antequam dictum officium incipiat exercere, iuret in manibus dicti collegii, fideliter et diligenter ipsum officium exercere et iura, emolumenta, fructus, redditus et proventus ipsius collegii contra quoscumque manutenere et defendere; et quod nihil recipiat ex quacunque causa directe vel indirecte per se vel per alium, et quod omnes et singulas praesentes constitutiones, ordinamenta et statuta et omnia et singula in eis contenta inviolabiliter observabit et a suis observari faciet.

Item statuimus et ordinamus, quod legati de latere in eorum absentia de communibus et minutis servitiis nullo modo participent. Item aliter quam ut praemittitur absens nisi causa infirmitatis curandae seu alias a collegio licentiati nullo modo participent; et quod huiusmodi licentia debeat obtineri a collegio praefato papa non praesente per ballotas, alioquin nulla sit; ad quam sufficiant duae tertiae partes de albis vel una ultra dimidiam.

Item quod alter ex dictis clericis ex quacunque causa absens a curia, nisi mittatur a sacro collegio et pro causis ipsum sacrum collegium concernentibus, nihil participet; praesens vero pro augmento laboris sui ex absentia huiusmodi clerici secedentis portionem absentis superlucretur.

Item quod praefatus camerarius in his, quae tangunt s. collegium, ad expeditionem agendorum ultra praedicta, si aliqua superveniret difficultas, habeat consilium et consensum trium cardinalium ex ordinibus per collegium deputandorum, finito tempore praesentium.

Item quod dictus camerarius sacri collegii singulis annis in fine officii sui teneatur dare et exhibere unam schedulam, in qua narrentur exacta tempore suo et quae remaneant exigenda et in quibus et quantum de gratia fuit factum suo tempore, et quantum pertineat ad cardinales mortuos: et ponatur haec schedula in fine anni libri sui, ut sequens camerarius facilius intelligat proventus sacri collegii.

Item quod teneatur quilibet camerarius in fine officii sui docere apud sequentem camerarium, quod exigi fecerit residuum ex anno praeterito et contingentia suo

tempore vel diligentias factas super his et censuras impositas ostendere.

Item quod, ubi in solutionibus taxarum ecclesiarum vel monasteriorum aliquando ex aliquibus respectibus fiet moderatio aut diminutio, (id fiat) servato ordine ut supra et non aliter, ne hoc possit trahi in consequentiam aliarum vacationum (neve) praeiudicium parere iuribus sacri collegii, et hac ratione tamen, quod in libris camerae vel collegii non ponatur nisi integra solutio totius taxae, et ita detur quietantia, sed ad cautelam thesaurariorum et clericorum collegii detur unum mandatum per dictum camerarium ipsius manu subscriptum, in quo moderatio aut diminutio huiusmodi ex causa facta manifeste appareat, quod mandatum secreto debeat custodiri registratum prius in aliquo libello penes camerarium secreto custodiendum.

Item quod saltem singulo mense fiat una congregatio deputatorum cardinalium de causis collegii et saepius, si necesse fuerit, et, cum eis visum fuerit, requirat congregationem totius sacri collegii in palatio faciendam.

Item quod fiat liber novus taxarum pro collegio secundum modum illius, qui in camera apostolica habetur, et in eo addantur apostillae de monasteriis unitis et congregationibus abbatum triennalium et in singulis addantur quindennia suarum solutionum. Et in illo libro scribantur in fine praesentes constitutiones sacri collegii et aliae, quae pro tempore edentur vel quae fuerint in usu, collationenturque cum libro taxarum camerae per quemcunque camerarium tempore suo, et addi possint, quae de novo fuerint descripta.

Item quod uterque clericus sacri collegii vel alter ipsorum semper diebus consistorialibus comitentur reverendissimum camerarium sacri collegii et ab eo intelligant, quid circa iura et statum sacri collegii sit factum vel ordinatum; et quod per camerarium singulo consistorio describantur provisiones factae in eo, et de [his referat?] ipse camerarius clericis praedictis vel alteri eorum; et quod clerici in omnibus consistoriis portent papyrum et atramentum, ut camerarius praesens vel eius substitutus eo absente descriptiones provisionum huiusmodi facere possit.

Item quod dicti clerici sint indifferenter solliciti circa exigenda omnia iura sacri collegii, in quibus non sit facta gratia, et de diligentia doceant in qualibet divisione apud camerarium; ac in qualibet divisione dent camerario schedulam de residuo exigendo et nominibus debitorum quorumcunque sacri collegii pro sequenti divisione, ita quod camerarius possit facilius proventus sacri collegii intelligere.

Item quod divisiones fiant in domo camerarii vel ubi ipse deputaverit, et praesente aliquo, quem ipse deputavit, simul cum clericis et depositario sacri collegii, et non aliter, et ipse interveniat.

Item de rata contingente cardinales mortuos detur hic ordo, videlicet, quod heredibus detur integraliter, quantum in prima divisione post mortem eius ei pro sua portione obveniet et, si non fuerint heredes in curia, ipsis absentibus fideliter destinetur per fideicommissarios sive executores testamentarios vel aliter deputatos; quibus non existentibus pro beneficio animarum suarum in eleemosynis vel missis dicendis infra unum mensem distribuatur per executores cardinalis defuncti; in aliis vero divisionibus succedat sacrum collegium.

Item quod reverendissimus d. camerarius sacri collegii habeat curam reducendi ad memoriam S^{mo} D. N. et sacro collegio missas celebrandas in capella pro memoriis reverendissimorum cardinalium defunctorum, ut habeatur omnium ratio iuxta antiquam et laudabilem consuetudinem.

Item quod in omnibus provisionibus fiat gratia remissionis annatarum et servitiorum reverendissimis dominis S. R. E. cardinalibus, quando providebitur vel commendabitur personis suis [aut] nepotibus S^{mi} D. N. aut d. cardinalium ex fratre vel sororibus aut eorum fratribus cardinalibus dumtaxat[1]); in ceteris vero nulla fiat remissio nisi magna causa interveniente. Et hoc intelligendum decreverunt de cardinalibus viventibus solummodo et quod post creationem suam habuerint os apertum in consistorio et fuerint aliquando in Romana curia post eorum cardinalatum continuatim vel interpolatim ad minus per sex menses, alii vero cardinales, eorum nepotes vel fratres gratiam huiusmodi non reportent:[2]) hoc declarato, quod, si qua obligatione reperiretur per fratres vel nepotes ipsorum cardinalium de solvendo iura collegii in eventum cessionis, pensionis vel reservationis fructuum per obitum dicti cardinalis, idem frater vel nepos teneatur et debeat defuncto dicto cardinali iura dicti collegii solvere, cum hoc privilegium sit personale et extinguatur cum persona. Quare voluerunt et declaraverunt dicti domini cardinales, quod dicti fratres vel nepotes non habeant deinceps uti dicta gratia non solvendi ut supra, nisi viventibus tantum dictis cardinalibus.

Item quod cardinalis relator expeditionis ecclesiae vel monasterii, nisi [post] relationem det camerario collegii schedulam boni et legalis mensarii Rom. curiam sequentis de solvendo statim omnia iura papae, collegii et aliorum officialium, tali relatori excomputetur per camerarium tantundem de sua portione in proxima divisione.

Item quod omnia emolumenta sacri collegii, quietantiae et minuta, et si quae sunt alia iura sacro collegio debita, etiam illa, quae prius capiebant clerici proxime remoti, exceptis tantummodo minuto integro [. . .] et iuris devoluti, quae tanquam nova vectigalia et de novo introducta sacrum collegium capere non intendit, in singulis divisionibus cuique cardinali praesenti aequis portionibus dividantur ita distincte et ordinate, ut prius, quanta sit tota cuiusque ex dictis iuribus summa, deinde quantum cuique cardinali ex ea obveniat et debeatur, clare percipi possit et ad partem deductis oneribus cuique cardinali in una papyro in divisionibus distribuantur. Minutum vero et x pro centenario gratiae, quam faciet collegium, non tamen fratribus vel nepotibus, reservat sibi collegium pro satisfactione salarii clericorum et aliis dicti [collegii] supportandis oneribus.

Item videant et diligenter curent clerici collegii, ne ex camera apostolica deinceps alicui dentur aut deli-

[1]) Cf. supra p. 13 col. 2 annot. 3 ad diem 1514 Apr. 1.

[2]) Hic expliciunt similia statuta et ordinationes de officiis et potestate camerarii sacri collegii sub Paulo II edita necnon reformationes et additiones ad ea die 9 Jan. 1499 ab Alexandro VI approbatae, a quibus statuta et constitutiones supra relata parum differunt. Cfr. Eubel II² 57 seq.

berentur aliquae bullae provisionis, commendae, unionis, reservationis, regressus, coadiutoriae vel cuiusvis gratiae ecclesiarum, monasteriorum taxatorum vel taxandorum, sine solutione iurium sacri collegii vel sine licentia dictorum deputatorum vel maioris partis eorum; teneanturque dicti clerici, quotiescumque repererint contra hoc decretum fieri, significare camerario et dictis deputatis, ut adhiberi possit necessarium remedium.

Item quod fiat una capsa cum clavibus.

Item quod sacrum collegium ultra istos duos clericos habeat unum computistam aut exactorem, qui exigat iura tam currentia quam praeterita sacri collegii teneatque unum librum, in quo describat omnia nomina debitorum et res ac negotia sacri collegii dati et recepti, sitque assiduus et sedulus penes camerarium et deputatos, teneatur cuilibet ex reverendissimis dominis ostendere dictum librum: habeatque dictus computista vel exactor pro sua mercede, sicut camera consuevit et dat de praesenti suo exactori.

Item pro dignitate cardinalium servanda ac pro eorum quiete et excusatione decreverunt et voluerunt, nulli cardinalium in posterum licere, etiam si invitatus et rogatus ad hoc fuerit, accedere vel interesse repetitionibus vel disputationibus in alma Urbe et extra publice faciendis tam in sacra pagina et iure canonico aut civili seu philosophia per quoscunque, quacunque requisitione non obstante, nisi fiat per maiorem partem reverendissimorum dd. cardinalium collegialiter congregatorum gratia et fuerit aliter obtentum, cuiuscunque conditionis vel litteraturae fuerint disputantes, exceptis repetitionibus et disputationibus faciendis per designatos et deputatos ad auditoratum rotae vel camerae apostolicae aut in collegio advocatorum consistorialium. Quo casu valeant iuxta antiquam consuetudinem et observantiam interesse et eorum actus sua praesentia decorare et ornare, praesenti ordinatione non obstante.

In nomine individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Praesentes ordinationes, constitutiones et decreta sacri collegii reverendissimorum dd. cardinalium alias factae pro maiori parte tempore fe. re. Pauli II et aliorum pontificum praecedentium ad fines et effectus in principio et exordio illarum contentos et de voluntate et expresso consensu S^{mi} D. Leonis divina providentia papae X in pluribus et diversis congregationibus (8 vel circa) cardinalium trium ordinum de mandato collegii et approbatione S^{mi} D. N. praefati discussae et disputatae et mature consideratae et fere singulariter ab omnibus reverendissimis dd. cardinalibus, qui illas videre voluerunt, visae et approbatae fuerunt et conclusae, et quod servari deberent decretum extitit; et postremo de anno 1516 de mense Jan., curia Romana Florentiae residente, ad requisitionem et propositionem mei A.[1]) cardinalis s. Praxedis praedicti collegii tunc camerarii in fine officii mei in consistorio secreto tunc Florentiae [habito] coram eodem S^{mo} D. N., reverendissimis dd. cardinalibus praesentibus, consentientibus et ita fieri mandantibus, per praefatum D. N. approbatae, laudatae et confirmatae et servari mandatae fuerunt, et mihi mandatum et commissum extitit per praefatum D. N. vivae vocis oraculo de omnium cardinalium praesentium assensu et voluntate, ut illas in libro taxarum dicti collegii ad futuram rei memoriam ad finem, [ut] servari deberent et nemo illarum iustam ignorantiam praetendere posset in posterum, describi facerem, prout ego tanquam obedientiae filius executus sum Romae prima Martii 1516.

[1]) Antonii Mariae de Monte (II, 20).

II. Camerarii s. collegii annis 1503—1592 hi S. R. E. cardinales fuerunt:[1])

1503 Franciscus de Borgia I, 30 AC_2 3 f. 17).
1504 Joannes Vera I, 31 (Barb. lat. 2876 f. 66).
1505 Antonius Joan. Trivultius I, 33 (Barb. lat. 2876 f. 66).
1506 Joannes Steph. de Ferreriis I, 36 (AC_2 3 f. 20 seq.).
1507
1508
1509 Franciscus Guil. de Claromonte II, 3 (AC_2 3 f. 25).
1510
1511
1512 { Jan. 29 Robertus de Britto II, 6 (AC_2 3 f. 36 seq.). / Febr.[2]) Leonardus Grossus de Rovere II, 7 (AC_2 3 f. 35').
1513 Robertus de Britto II, 6 (Schede di Gar.).
1514
1515
1516 Antonius Maria de Monte II, 20 (Arm. XXXII 34 f. 112).
1517 Achilles de Grassis II, 22 (AC_1 1 f. 42).
1518 Jan. 8 Laurentius Pucius III, 1 (AC_1 1 f. 42).
1519 Jan. 10 Julius de Medicis III, 2 (AC_1 1 f. 79).
1520 Jan. 11 Franciscus de Comitibus III, 9 (AC_1 1 f. 118').
1521 Jan. 7 }
1522 } Joannes de Piccolominibus III, 10 (AC_1 f. 56 151).
1523 Febr. 6 Joannes Dom. de Cupis III, 11 (AC_1 1 f. 198').
1524 Mart. 2 }
1525 } Andreas de Valle III, 14 (AC_1 2 f. 17).
1526 Jan. 12 Scaramutia Trivultius III, 17 (AC_1 2 f. 89).
1527 Jan. 11 Dominicus de Jacobatiis III, 19 (AC_1 2 f. 124').
1528
1529 Guilelmus Enckevoort IV, 1 (AC 3 f. 44 seq.).
1530 Jan. 24 Antonius Sanseverinus V, 6 (AC 3 f. 10 seq., AC_1 2 f. 163').
1531 Jan. 13 Benedictus de Accoltis V, 1 (AC 3 f. 27').
1532 Jan. 1 Augustinus Spinola V, 2 (AC 3 f. 41').
1533 Jan. 8 Joannes Vinc. Carafa[3]) V, 7 (AC 3 f. 51').
1534 Jan. 9 Andreas Matth. Palmieri V, 8 (AC 3 f. 63).
1535 Jan. 8 Franciscus Quingones V, 14 (AC 3 f. 79').
1536 Jan. 1 Franciscus Cornarus V, 15 (AC 3 f. 94 seq.).

[1]) Officii camerariatus s. coll. mutatio in actis consist. hac formula per manum novi possessoris refertur: „Rev^{mus} D. meus N. card. de N., qui anno superiore s. collegii camerarius fuerat, officium eiusmodi in manibus S. D. N. deposuit et resignavit et S. S. me N. tt. s. N. pbr. card. de N., qui illi in ordine succedebam, camerarium eiusdem s. collegii in hunc annum per traditionem sacculi purpurei et sigilli, ut mos est, rev^{mis} dominis meis assentientibus constituit et deputavit cum facultatibus solitis et consuetis."

[2]) Qua de causa duo hoc anno camerarii fuerint, ex actibus non apparet.

[3]) AC 3 f. 59: 1533 Sept. 12 card. Neapolitanus remansurus Romae, cum papa discederet Massiliam, officium suum camerariatus commendavit cardinali de s. Severino (V, 6), qui (l. c. f. 62') 1533 Dec. 12 illud restituit et cardinali Neapolitano librum et sigillum dedit.

1537 Jan. 15 Antonius Pucius V, 27 (AC 3 f. 106).
1538 Jan. 7 Hieronymus de Ginutiis VI, 4 (AC 3 f. 124).
1539 Jan. 10 Jacobus Simoneta VI, 5 (AC 3 f. 139').
1540 Jan. 9 Gasparus Contarenus VI, 8 (AC 3 f. 153).
1541 Jan. 10 Joannes Petr. Carafa VI, 10 (AC 3 f. 164').
1542 Jan. 9 } Rodulphus Pius VI, 16 (AC_1 4 f. 141), Petrus Bembo[1]) VI, 27 (AC_1 4 f. 163').
1543 Jan. 8 Joannes Alvarez de Toledo VI, 22 (AC 3 f. 213').
1544 Jan. 9 Petrus Paulus Parisius VI, 32 (AC 3 f. 213'; AC_1 4 f. 180').
1545 Jan. 9 } Marcellus Cervinus VI, 33 (AC_1 4 f. 207'). Ubertus de Gambara VI, 31 (AC_1 4 f. 251; AC 8 f. 4').
1546 Jan. 8 Ascanius Parisanus[2]) VI, 35 (AC_1 4 f. 251; AC_1 8 f. 4').
1547 Jan. 7 Bartholomaeus Guidicionus VI, 34 (AC 8 f. 35').
1548 Jan. 13 Michael de Silva VI, 39 (AC 8 f. 66 seq.).
1549 Jan. 6 } Joannes Hier. Moronus VI, 40 (AC 8 f.
1550 } 120' seq.) (AC_2 6 f. 70).
1551 Jan. 19 Marcellus de Crescentiis VI, 4- (AC_1 6 f. 70).
1552 Jan. 8 Franciscus Mendoza de Bobadilla[3]) VI, 49 (AC_1 6 f. 115).
1553 Jan. 23 Otto de Truchsess a Waldburg VI, 53 (AC_1 6 f. 184).
1554 Jan. 12 Bartholomaeus della Cueva VI 50 (AC_1 6 f. 184).
1555 Jan. 7 Federicus de Cesis VI, 56 (AC_1 6 f. 219).
1556 Jan. 10 }
1557[4]) } Petrus Pacecus VI, 61 (AC_1 7 f. 1).
1558 Jan. 14 Joannes Medicis[5]) VI, 69 (AC_1 7 f. 112').
1559[6]) Jan. 27 }
1560 } Tiberius Crispus VI, 60 (AC 9 f. 1).

---

[1]) Secundum AC_1 4 f. 141 Rodulfus Pius 1542 Jan. 9 cr. est camerarius, quo anno elapso Joannem de Toledo eum secutum esse constat ex AC_1 4 f. 180; nam 1544 Jan. 9 illum sigillum deposuisse acta referunt. *Petrus* vero *Bembo*, qui ex l. c. f. 163' 1543 Jan. 8 hoc officium resignavit, quando id susceperit, acta non referunt.

[2]) AC 8 f. 25': 1547 Jan. 7 cum *Ascanius* adversa valetudine impeditus non adesset in consistorio, Ubertus card. de Gambara eius nomine muneri cessit.

[3]) AC_1 6 f. 105 *Joannem Moronum* 1552 Jan. 8 camerariatum resignasse dicunt; quod scriptor falso referre mihi videtur, cum de eius creatione aut de cardinalis Crescentii camerarii resignatione nihil omnino allatum invenias.

[4]) Card. Pacecus per duos annos hoc officium retinuisse videtur, cum series quaedam cardinalium in copia actorum consistorial. annos 1517—1585 complectente f. 53 eum 1557 Jan. 23 tamquam camerarium afferat.

[5]) AC 9 f. 1: 1559 Jan. 27 *Fulvius* card. *Perusinus* (VII, 4), qui officium vicecamerarii s. collegii pro card. de Medicis camerario exercuerat, idem pro eo resignavit et eodem anno Mart. 15 (AC 9 f. 2) et Apr. 7 (l. c. f. 3) functus est munere pro card. Crispo aegrotante.

[6]) Codici AC 9 *Petrus Paulus Gualterius*, *Aretinus*, cler. s. coll. ao. 1559, hanc in primo folio praeponit notitiam: Vetus s. collegii mos fuit, ut ille card., qui camerae fuerat, omnia, quae officii sui anno vel in secretis vel in publicis consistoriis aut etiam in generalibus congregationibus facta erant, sua manu describeret, quod quidem maiorem scriptis fidem, auctoritatem et dignitatem dedisse nemo est, qui non videat. Postea vero incepere ea omnia a cardinalium secretariis annotari. Postremo autem, anno videl. domini 1542 R^mus^ *card. Theatinus* (VI, 10), qui hodie papa Paulus IV est, cum camerarii munus eo tempore suscepisset, eam consistoriorum acta scribendi curam clerico Italiae nationis dandam esse decrevit et a s. collegio dari curavit, eo tamen ritu, ut ab eo cardinali, qui came-

1561 Jan. 15 Fulvius Corneus VII, 4 (AC 9 f. 33').[1])
1562 Jan. 9 Joannes Mich. Saracenus VII, 5 (AC 9 f. 59').
1563 Jan. 30 Joannes Ricius VII, 6 (AC 9 f. 80).
1564 Joannes Bapt. Cicada[2]) VII, 13 (AC 9 f. 93, 112').
1565 Jan. 12 }
1566 } Scipio Rebiba IX, 5 (AC 9 f. 112').
1567 Jan. 13 Joannes Ant. Capisuccus IX, 8 (AC 9 f. 160).
1568 Jan. 14 Jacobus de Sabellis[3]) VI, 38 (AC 10 f. 3').
1569 Jan. 14 Aloisius Cornarus[4]) VII, 15 (AC 10 f. 38).
1570 { Jan. 11 Philibertus de Burdisiera[5]) X, 5 (AC 10 f. 55'). Febr. 10 Antonius de Granvella[6]) X, 15 (AC 10 f. 57).
1571 Maii 18 Stanislaus Hosius X, 13 (AC 10 f. 89').
1572 Jan. 23 } Franciscus Pacecus[7]) X, 19 (AC 10 f. 102'
1573 Jan. 9 } et f. 124').
1574 Jan. 8 Joannes Franc. de Gambara[8]) X, 10 (AC 10 f. 141).
1575 Jan. 10 Carolus Borromaeus[9]) X, 2 (AC 10 f. 169').
1576 Jan. 9 Alphonsus Gesualdus[10]) X, 9 (AC 10 f. 192).

---

rarius esset, scripta fuisse viderentur. Scripsit eo ordine aliquot annorum acta R. D. *Joan. Franc. Binus* Florentinus, non tamen omnium, quibus collegii clericus fuit. Ego vero, *Petrus Paulus Gualterius Aretinus*, quem s. ipsum collegium pro praesenti anno domini 1559 in Italicae nationis clericum assumpsit et qui eam curam utpote a vitae meae instituto alienam non tam libens quam obediens suscepi, ordinem describendi acta consistorialia praesentis huius anni, quanto potero diligentius sequi curabo sub R^mo^ d. *Tiberio* card. *Crispo* (VI, 60) camerario collegii.

[1]) AC_1 8 f. 70' afferens eandem nominationem scriptor omisit nomen camerarii.

[2]) AC 9 f. 93: 1564 Mart. 8 et 22 in consistorio card. *Reomanus* (IX, 6) fecit officium pro card. s. Clementis, s. collegii camerario infirmo.

[3]) AC 10 f. 22: 1568 Oct 13 in consistorio card. de Burdisiera (X, 5) munere functus est pro card. Sabello camerario.

[4]) AC 10 f. 45: 1569 Maii 13 et 17, Jun. 22, Jul. 29 in consistoriis munere camerarii functus est card. Burdaesius (X, 5), vicecancellarius; die Aug. 26, Sept. 16, Oct. 7, Nov. 8 pro Burdaesio card. Granvellanus (X, 15), Dec. 14 et 19 pro card. Burdaesio valetudine impedito card. Pacecus (X, 19) vices gessit.

[5]) AC 10 f. 55': Jam complures menses (ut vidimus) munere functus erat pro card. Cornelio anno superiore.

[6]) AC 10 f. 83': 1571 Jan. 10 card. *Granvellanus* sigillum reponere voluit; sed S. S. dixit eum nondum explevisse annum. Res ad s. collegii deliberationem reiecta est. f. 84: Qua habita officium continuat pro hoc anno. — AC 10 f. 89': 1571 Maii 18 cum card. Granvellanus ab Urbe discederet, *Stanislaus* card. *Warmien.* (IX, 13) pro VIII mensibus reliquis huius anni officio fungebatur. Qui cum propter urbanos calores Sublacum se conferret 1571 Jul. 16, card. Pacecus (X, 19) eius officium praestabat (AC 10 f. 93); idem 1571 Nov. 7 absente camerario (l. c. f. 96').

[7]) AC 10 f. 114': 1572 Oct. 10 card. *Borromaeus* (X, 2) vices gessit pro card. camerario ab Urbe absente. Pro eodem camerario valetudine impedito 1573 Jul. 31 (l. c. f. 134) et (l. c. f. 136) 1573 Sept. 16 card. *Sermoneta* (VI, 20). AC 10 f. 137: 1573 Oct. 21 card. *Aragona* (X, 18) munere functus est camerarii absentis, Oct. 26 et Nov. 6 card. *Sermoneta.*

[8]) AC 10 f. 145 seq.: 1574 Febr. 26 pro absente card. de *Gambara* card. *Gesualdus* (X, 9) et, cum ille cardinalis camerarius paulo post ad suam eccl. Viterbien. profecturus esset, similiter Mart. 15, 22, 29 et inde ab Apr. 29 usque ad finem anni eius vices gerebat in consistoriis.

[9]) AC 10 f. 169': Card. *Borromaeus* proxime iubilaei causa Mediolano advenerat; f. 174: pro quo absente card. Sermoneta (VI, 20) munere fungitur usque ad finem anni; vide infra ad annum 1577.

[10]) AC 10 f. 192: 1576 Jan. 9 cardinales decreverunt, ut camerarius s. coll. procederet contra debitores morosos et contumaces secundum iuris remedia et facultatibus, quas haberet a summo pontifice, et constitutionibus, fulminandi censuras, utatur, prout expedire iudicaverit. — f. 193: 1576 Jan. 23 camerario absente card. *Sermoneta* eius munere fungitur.

1577 Jan. 6 Nicolaus Caiet. de Sermoneta[1]) VI, 20 (AC 10 f. 215).
1578 Jan. 8 Inicus de Avalos[2]) X, 18 (AC 10 f. 238).
1579 Jan. 9 Marcus Ant. Columna[3]) X, 26 (AC 10 f. 263).
1580 Jan. 8 Ptolomaeus Gallius X, 27 (AC 10 f. 284).
1581 Jan. 9 Prosper Sanctacrucius[4]) X, 30 (AC 10 f. 310').
1582 Jan. 8 Zacharias Delfinus[5]) X, 31 (AC 10 f. 318).
1583 Jan. 10 Joa. Fr. Commendonus[6]) X, 43 (AC 10 f. 331').
1584 Jan. 16 Guilelmus Sirletus[7]) X, 45 (AC 11 f. 3').
1585 Jan. 7 } Michael Bonellus[8]) XI, 1 (AC 11 f. 17).
1586 Jan. 8 } (AC 11 f. 37).
1587 Jan. 7 Ludovicus Madrutius[9]) X, 17 (AC 11 f. 55).
1588 Jan. 8 Nicolaus de Pellevé XI, 17 (AC 11 f. 80').
1589 Jan. 9 Julius Sanctorius[10]) XI, 8 (AC 11 f. 106').
1590 Jan. 8 } Hieronymus Rusticucius[11]) XI, 14 (AC 11
1591 Jan. 7 } f. 134).

III. De clericis sacri collegii.

a. Quaedam adnotationes ad clericos s. coll. pertinentes.[12])

AC 3 f. 63 (Arm. II t. 47 f. 29' seq.): 1534 Jan. 9 cardinales ex certis causis decreverunt, ut clerici collegii fierent de cetero perpetui, qui solebant esse annui, videl. ab uno antiquiore (card.) pro ordine et reverendissimo camerario eligerentur dicti clerici, qui tamen ex causa possint amoveri, reservato tamen assensu S. D. N., qui ex causa podagrae recesserat.

AC_1 4 f. 7': 1536 Jan. 10 de clericis s. coll. fuit decretum, ut pro natione Italica clericus (Fabius Vigil) continuaret ad beneplacitum, pro natione vero ultramontana, ut quotannis eligeretur.

AC_1 4 f. 172' per manum camerarii scriptum est de clericis: „qui ambo coram me de huiusmodi clericatus sui officio bene et fideliter exercendo iurarunt."

AC_1 7 f. 1: 1556 Jan. 10 tribus capitibus ordinum [decano (VI, 7), Morono (VI, 40) et Sermonetae (VI, 20)] commissum fuit, an *prorogatio officii* clericatus collegii quod clericum ultramontanum pro isto anno 1556 ratione duarum sedium vacantium fieri deberet. f. 3': Jan. 13 negotium fuit remissum ad alterum consistorium.

AC 11 f. 31': 1585 Nov. 15. Stabilitum fuit decretum pro rev. dominis camerae apostolicae clericis tenoris infrascripti, videlicet: fer. VI. die 15. Novembris 1585 Romae apud s. Petrum in loco consistorii secreti reverendissimi domini infrascripti S. R. E. cardinales, videlicet Farnesius ep. Ostien., Comensis pbr., Alexandrinus, s. collegii camerarius, et Vastavillanus S. D. N. Papae camerarius diaconus, et in eo consistorio capita ordinum respective simul congregati, instante R. P. D. Julio Vitellio, camerae apostolicae decano, ac R. P. D. Benedicto Justiniano, eiusdem camerae thesaurario generali, nomine collegii dictorum dd. clericorum statuerunt, declararunt et decreverunt, quod rev. patres camerae praefatae clerici necnon eiusdem camerae thesaurarius generalis et causarum eiusdem generalis auditor sint et esse debeant immunes et exempti ab omni et quacunque solutione quorumvis iurium eidem s. collegio debitorum et solvi solitorum ratione quarumcunque provisionum ecclesiarum et monasteriorum, pensionum et reservationum fructuum, quas pro supradictis dominis clericis, thesaurario et auditore camerae praedictae et in eorum favorem et personam quomodolibet expediri, conferri et reservari apostolica auctoritate contigerit, mandaruntque nobis infrascriptis ministris et officialibus dicti s. collegii, ut nihil eo nomine ab ipsis petamus aut exigamus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Ita est: A. card. Farnesius ep. Ostien., P. card. Comen., card. Alexandrinus, Phil. V. card. camerarius.

b. Clerici s. collegii annis 1503—1592 fuerunt sequentes:[1])

1503—05 Nomina clericorum in actis consist. desiderantur.
1506 *Henricus Brunus* aep. Tarentin.[2]) p. n. it. *Acursius de Petra*, quo mortuo[3])
1506 Maii 11 *Thomas Regis*, cler. d. Redonen., lit. aplic. scriptor et abbreviator (AC_2 3 f. 20).

---

[1]) AC 10 f. 234 et aliis locis: ao. 1577 card. *Sermoneta* camerar. subscribit acta consistorii, etiamsi alius card. eius vices gesserit. Quod fecit card. *de Columna* (X, 26): Mart. 27 (l. c. f. 219), Apr. 29 (f. 221), Jun. 14 (f. 222'), Oct. 13 (f. 232'); card. *Comensis* (X, 27): Jul. 19 (f. 225), Jul. 31 (f. 226), Aug. 14 (f. 227'), Sept. 6 (f. 228'), Sept. 11 (f. 229); card. *de Aragona* (X, 18): Jan. 14 (f. 216'), Jun. 26 (f. 224), Jul. 1 (f. 224), Jul. 5 (f. 225), Oct. 2 (f. 231'), Oct. 9 (f. 232), Nov. 29 (f. 234).

[2]) Officio eius functus est card. *Columna* (X, 26): 1578 Jan. 29 (l. c. f. 239), Mart. 17 (f. 242), Oct. 15 (f. 255), Oct. 27 et 29, Nov. 14 et 21; card. *Comensis* (X, 27): Sept. 5 (f. 253'), Oct. 3, Dec. 15 (f. 259).

[3]) Officio eius functus est card. *Comensis* (X, 27): Mart. 16 (f. 267'), Jun. 15 (f. 272), Jul. 20 (f. 273'), Aug. 26, Sept. 7, Oct. 21, Nov. 13, Dec. 2.

[4]) AC 10 f. 301' seq.: 1581 Jan. 9 *Prosper* card. *Sanctacrucius* cr. camerarius et, quod ipse valetudine impeditus a consistorio aberat, card. *Delfinus* (X, 31) eius nomine accepit sacculum purpureum cum sigillo de more. — Idem munere camerarii fungitur Jan. 16, 23; Febr. 13, 20; Mart. 15; Nov. 20, 26 (l. c. f. 302—304').

[5]) AC 10 f. 325: Card. *Commendonus* (X, 43) camerarii vices gerit Jul. 6 et Nov. 15.

[6]) AC 10 f. 333: Card. *Sirletus* (X, 45) pro camerario fungitur officio 1583 Jan. 31, Febr. 7, Sept. 9, Nov. 7, Dec. 5 et 12; card. *Maffeus* (XI, 6): Apr. 27 (f. 337) et Maii 4; card. *Madrutius* (X, 17): Maii 11 (f. 337), Jun. 27, Aug. 22, Oct. 7, 14, 26; card. *Alexandrinus* (XI, 1): Nov. 14 (f. 341').

[7]) Officio camerarii fungitur 1584 Febr. 20 (AC 11 f. 4) card. *Madrutius* (X, 17); card. *Alexandrinus* (XI, 1): Oct. 1, 8; Nov. 28; Dec. 12, 17 (AC 11 f. 10'—12), qui etiam 1585 Jan. 7 sigillum pro card. *Sirleto* reposuit.

[8]) Pro eo munere fungitur 1586 Jan. 24 (AC 11 f. 38) card. *Senonensis* (XI, 17), Jun. 16 et 23 (l. c. f. 43') card. *Madrutius* (X, 17).

[9]) Pro camerario podagra detento 1587 Jan. 7 (AC 11 f. 56) card. Alexandrinus (XI, 1); Febr. 13, 18, 25, Mart. 4, Aug. 7 (AC 11 f. 58, 68) card. *Senonensis* (XI, 17).

[10]) Pro camerario impedito card. Rusticucius (XI, 14) 1589 Aug. 14 (l. c. f. 122), Aug. 30, Sept. 11, Oct. 9.

[11]) AC 11 f. 153': 1591 Jan. 7 S. D. N. ex veteri instituto, quia hoc anno duae sedis vacationes et duae summorum pontificum electiones acciderant, card. *Rusticucium* in hunc quoque annum s. collegii camerarium confirmavit.

[12]) Quoad officium clericorum s. coll. legas quoque statuta et constitutiones ao. 1514 compositas. De ipsius origine ac modificatione videas *P. M. Baumgarten:* Untersuchungen und Urkunden über die Camera collegii cardinalium für die Zeit von 1295—1437 (Leipzig 1898) p. LVIII—LXXVIII.

[1]) *Formula* notandi in act. consist. electionem ministrorum minorum camerae s. collegii: „Absoluto consistorio et post discessum S^mi D. N. Reverendissimi in sua congregatione generali viva voce confirmarunt veteres collegii ministros et officiales (seu elegerunt etc.) videl. dominos N. N., depositarium generalem, N. N. pro natione Italica clericum, N. N. computatorem; pro natione vero . . . N. N. clericum secretis fabarum suffragiis elegerunt cum honoribus et oneribus solitis." (Abbreviaturae: p. n. it. = pro natione Italica; ultr. = ultramontanus).

[2]) AC_2 3 f. 20': 1506 Maii 11 ex literis camerarii ad clericum Thomam Regis noviter electum patet, alterum hoc ao. clericum fuisse *Henricum Brunum*, aep. Tarentin.

[3]) AC_2 3 f. 20: 1506 Apr. 28 obiit Acursius de Petra et sepultus est in eccl. s. Petri.

1507 *Henricus Brunus* p. n. it.
1508 *Henricus Brunus* p. n. it.
1509 *Henricus Brunus* p. n. it., quo in C. R. mortuo
1509 Oct. 21 *Franciscus Armellinus.*
Christophorus Fischier[1]), protonot. aplic. et archivi Rom. cur. corrector; ultr.
1510 *Franciscus Armellinus* p. n. it.
1511 *Franciscus Armellinus* p. n. it. (AC_2 3 f. 29).
1512—22 Nomina clericorum in actis desiderantur.
1523 Febr. 6 *Vincentius Pimpinella* p. n. it.
Ricardus Anglicus ultr. (AC_1 1 f. 198').
1524—25 Nomina desunt.
1526 Jan. 12 *Antonius de Valle* p. n. it.
Cocardus Flamingus ultr. (AC_1 2 f. 89).
1527 Jan. 11 *Jacobus Jacomellus* p. n. it.
Bernardus Miranda, Hispan., ultr. (AC_1 2 f. 123').
1528 . . . .
1529 *Vincentius Reatinus* p. n. it.
A. de Castillo, ultr. (Arm. II t. 47 f. 109).
1530—33 Nomina desiderantur.
1534 Febr. 6 *Fabianus de Spoleto* p. n. it.
1534 Febr. 20 *Martinus Lupi* ultr. (AC 3 f. 64, 65'; Arm. II t. 47 f. 109').
1535 *Fabius Vigil* p. n. it. (AC_1 4 f. 7').
1536 Jan. 10 *Fabius Vigil* p. n. it.
Petrus de Francia ultr. (AC_1 4 f. 7').
1537 *Fabius Vigil* p. n. it.
1538 *Fabius Vigil* p. n. it.
Martinus Lupi ultr. (AC_1 4 f. 49').
1539 *Fabius Vigil* p. n. it.
1540 Jan. 4 *Joannes Franc. Binus*, Florentin., protonot. aplic.[2]) can. eccl. b. M. Maioris in Urbe[3]), p. n. it.
Antonius Barba, Hispan., ultr. (AC_1 4 f. 97).
1541 Jan. 10 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Josephus Cincius, Teutonicus, ult. (AC_1 4 f. 117').
1542 Jan. 9 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Nicolaus Vanseyus ultr. (AC_1 4 f. 141).
1543 Jan. 8 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Ferdinandus de Puente, cler. Burgen., Hispan., ultr. (AC_1 4 f. 153').
1544 Jan. 9 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Josephus Cincius, Teutonic., ultr. (AC_1 4 f. 180).
1545 Jan. 9 *Joan. Franc. Binus* p. n. it.
Franciscus Bacholdi, Sabaudus, ultr. (AC_1 4 f. 207').
1546 Jan. 8 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Franciscus Mudara, Hispan., protonot. aplic., archivi cur. rom. scriptor, ultr. (AC_1 4 f. 251).
1547 Jan. 7 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Otto a Wachtendonck, art. et decr. dr., protonot. aplic.[4]), cler. d. Leodien., German., ultr. (AC_1 5 f. 8).
1548 Jan. 13 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Stephanus Boucher, cler. Trecen., ultr. (AC_1 5 f. 46).

1) AC_2 3 f. 25 seq.: 1509 Dec. 11 iuramentum fecit in domo camerarii.
2) AC_1 4 f. 3. — 3) AC_1 4 f. 251. — 4) AC_1 4 f. 53.

1549 Jan. 9 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Gasparus de Lahos, mag., scriptor aplic., Hispan., ultr. (AC_1 5 f. 85').
1550 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
1551 Jan. 19 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Otto a Wachtendonck[1]), ultr. (AC_1 6 f. 70).
1552 Jan. 8 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Rigaldus de Saint Marsal, cler. Claromonten., scriptor aplic., Gallus, ultr. (AC_1 6 f. 115).
1553 Jan. 23 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Didacus de Avila, cler. Roman., Hispan.[2]), ultr. (AC_1 6 f. 142').
1554 Jan. 12 *Joannes Franc. Binus* p. n. it.
Otto a Wachtendonck[3]), ultr. (AC_1 6 f. 184).
1555—58 Nomina clericorum desunt; pro nat. ital. *J. F. Binus* munere functus esse videtur usque 1559 (cf. p. 97 not. 6).
1559 Febr. 15 *Petrus Paul. Gualterius*[4]), cler. (postea adiac.)[5]) Aretin., p. n. it.
Joannes Fonchius, substitut. signaturae iustitiae, cler. Traiecten., Germ. (AC_1 7 f. 147'; AC 9 f. 1).
1560 *Petrus Paul. Gualterius* p. n. it.
1561 Jan. 15 *Petrus Paul. Gualterius* p. n. it.
Joannes Bacchodus, cler. d. Lugdunen., Gallus, ultr. (AC 9 f. 34).
1562 Jan. 9 *Petrus Paul. Gualterius* p. n. it.
Joannes Mourroy, cler., scriptor aplic., Hispan., ultr. (AC 9 f. 34).
1563 Jan. 30 *Petrus Paul. Gualterius* p. n. it.
Joannes Fonchius[6]), ultr. (AC 9 f. 79').
1564 Mart. 1 *Petrus Paul. Gualterius* p. n. it.
Desiderius Collinus, cler. Virdunen., Gallus, ultr. (AC 9 f. 89').
1565 Jan. 19 *Petrus Paul. Gualterius* p. n. it.
Joannes Mourroy[7]), ultr. (AC 9 f. 113').
1566 *Petrus Paul. Gualterius* p. n. it.
1567 Jan. 13 *Petrus Paul. Gualterius* p. n. it.
Joannes Fonchius[8]), ultr. (AC 9 f. 162).
1568 Jan. 14 *Silvius Antonianus Poetinus*[9]), cler. Roman. p. n. it.
Joannes Bacchodus, cler. Lugd., Gallus, ultr. (AC 10 f. 4')[10]).
1569 Jan. 14 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Joannes Marza, JUD., cler. d. Dertusen., Hispan., ultr. (AC 10 f. 39).
1570 Jan. 11 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Franciscus Stravius[11]), cler. d. Leodien., German., ultr. (AC 10 f. 56).

1) Vide ao. 1547.
2) AC_1 6 f. 142': Qui cum esset natus Romae, quamquam ex Hispano genitus, insurrexit dubium, an esset admittendus tamquam Hispanus, et fuit resolutum, ut pro Hispano admitteretur ad annum.
3) Vide ao. 1547. — 4) Cf. p. 85 not. 6.
5) AC 9 f. 89' (ao. 1564). — 6) Vide ao. 1559.
7) Vide ao. 1562. — 8) Vide ao. 1559.
9) AC 10 f. 4': 1568 Jan. 14 *Petr. Paul. Gualterius*, cum per IX annos clerici pro natione italica munere functus esset, propter ingravescentem aetatem et aegritudines munus (clerici s. coll.) resignavit.
10) Vide ao. 1561.
11) AC 10 f. 56 nuncupatur Strauviensis, f. 142': *Stravius, revisor commissionum.*

1571 Jan. 10 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Oliverius le Vescove (Vesque), cler. d. Genomanen., Gallus, ultr. (AC 10 f. 84).
1572 Jan. 23 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Josephus Guerra, cler. d. Valentin., Hispan., ultr. (AC 10 f. 103).
1573 Jan. 9 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Josephus Guerra, ultr. (AC 10 f. 124').
1574 Jan. 8 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Franciscus Stravius[1]), ultr. (AC 10 f. 142').
1575 Jan. 10 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Tristanus Guillemiora, Gallus, ultr. (AC 10 f. 169').
1576 Jan. 9 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Albertus Martinez de Mata, pbr. Astoricen., Hispan., ultr. (AC 10 f. 192').
1577 Jan. 6 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Franciscus Stravius[2]), ultr. (AC 10 f. 216).
1578 Jan. 8 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Nicolaus Pollettus, pbr. Noviodunen., Gallus, ultr. (AC 10 f. 238).
1579 Jan. 9 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Michael Carnicer, pbr. Tarraconen., Hispan., ultr. (AC 10 f. 264).
1580 Jan. 8 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Gerardus Vossius a Bordon, cler. Leodien., theologus, German., ultr. (AC 10 f. 284).
1581 Jan. 9 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Antonius Colignonius, Lothar, ultr. (AC 10 f. 302).
1582 Jan. 8 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Joannes Morera, pbr. Barcinonen., Hispan., ultr. (AC 10 f. 318').
1583 Jan. 10 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Ricardus Stravius[3]), cler. d. Leodien., German., ultr. (AC 10 f. 332).
1584 Jan. 9 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Ludovicus Rivaldi, cler. d. Lemovicen., procurator literar. minor. gratiae, ultr. (AC 11 f. 3').
1585 Jan. 7 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Albertus Martines de Mata[4]), ultr. (AC 11 f. 17).
1586 Jan. 8 *Silvius Antoniottus* p. n. it.
Albertus Martines de Mata[5]), ultr. (AC 11 f. 37').
1587 Jan. 8 *Silvius Antoniottus* p. n. it.
Ricardus Stravius[6]), revisor commissionum, ultr. (AC 11 f. 56).
1588 Jan. 8 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Oliverius le Vesque[7]), ultr. (AC 11 f. 81).
1589 Jan. 9 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Joannes Morera[8]), ultr. (AC 11 f. 135).

[1]) Vide ao. 1570. — [2]) Vide ao. 1570.
[3]) Cf. *Franc.* Stravius (ao. 1570). — [4]) Vide ao. 1576.
[5]) Pro hoc anno *Alb. Martines* confirmatur sicut camerarius ob sedis vacantiam.
[6]) Vide ao. 1583. — [7]) Vide ao. 1571. — [8]) Vide ao. 1582.

1590 Jan. 8 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Gerardus Vossius[1]), ultr. (AC 11 f. 135).
1591 Jan. 7 *Silvius Antonianus* p. n. it.
Gerardus Vossius, ultr. (AC 11 f. 154).

Al. † in C. R. (1591 Mart. 21)	**Philibertus** (Gilbertus) Genebrardi O. S. B.[13])	1591 Maii 10	AC 11 f. 166'; AC_2 15 f. 33

Aquen. (Dax) in Gallia. suffr. Auxitan. (R. fl. 3000, T. fl. 500).[1])

ob. Arnaldi de Borie[2])	**Petrus** de Caupena[3])	1502 Febr. 6	Sch. Ind. 478
. . . .	**Joannes** de la Martonie	1514	Gams 544
res. Joannis[4])	**Gaston** de la Martonie, epi. resign. († 1519) frater	1519 Apr. 1	AC_1 1 f. 87'
ob Gastonis († 1555 Oct.)	**Franciscus** de Noailles[5])	1556 Sept. 28	AC_1 7 f. 48
res. Francisci	**Aegidius** de Noailles, frater Francisci.	1562	Gams 544
res. Aegidii († 1600)	**Joannes Jacobus** de Savet (du Sault) († 1623 Maii 25)	1598 Maii 25	Sch. Ind. 478

Aquen. (Acqui) in Italia super., suffr. Mediolanen. (R. fl. 300, T. fl. 500)[1]).

. . . .	**Ludovicus** Brunus, cler. Aquen.[2])	1499 Jan. 9	Sch. Ind. 478
ob. Ludovici (Romae)	**Dominicus** Solino[3])	1508 Jul. 28	
ob. Dominici	**Joannes Vinc.** Carafa card. Neapolitanus (V, 7)	1528 Aug. 31	
res. card. Neapol.	**Petrus** Vorstius[4]), auditor rotae	1534 Febr. 20	AC 3 f. 65'
ob. Petri	**Bonaventura** Pius Costaciarus O. Min. Conv.[5])	1549 Apr. 9	AC 8 f. 130
res. Bonavent.	**Petrus** Faunus Costaciarius[6]), cler. Eugubin., JUD.	1558 Mart. 23	AC_1 7 f. 120 seq.
ob. Petri	**Franciscus** de s. Georgio[7]), gubernator Urbis[8])	1585 Aug. 12	AC 11 f. 27; AC^2 14 f. 13

Aquilan. (Aquila) in Italia infer., immed. subj. (R. fl. 600, T. fl. 100)[1]).

res. Gualterii el.[2])	**Joannes** Dominici[3]) O. S. A. mon. Burgidolen.	1504 Mart. 6	Lat. 1129 B f. 329
res. Joannis	**Joannes** Franc. de Franchis, cler. tantum Aquilan.[4])	1515 Aug. 24	Lat. 1342 f. 108
res. Joannis el.	**Joannes** de Piccolom. card. Senen[5]) (III, 10), *admin.*	1523 Jul. 6	Lat. 1417 f. 148
res. Joannis[6])	**Pompeius** card. Columna[7]) (III, 18), *admin.*	1525 Jul. 3	AC_1 2 f. 71
res. Pompeji	**Joannes** card. Senen. (III, 10), iterum *admin.*	1532	AC_1 4 f. 61'
ob. Joan. (1537 Nov. 21)	**Bernardus** de Santis, cler. Reatin.	1538[8]) Jul. 14	AC_1 4 f. 61'
ob. Bernardi	**Alvarus** della Quadra[9]), olim ep. Venusin.	1553 Sept. 13	AC_1 6 f. 171'
res. Alvari	**Joannes** de Acugna[10])	1561 Jan. 15	AC_1 8 f. 70
ob. Joa. (1578 Jul. 25)[11])	**Marianus** Racciacari, Tiburtinus, O. Min. de Obs.[12])	1579 Jul. 3	AC 10 f. 273
ob. Mariani (1592 Mart. 24)	**Basilius** Pignatellus[13]) O. Theat.	1593 Aug. 10	Sch. Ind. 478

[9]) Nomin. a rege. — Cum retent. mon. s. Victoris Massilien. (etiam per obitum card. vacantis) in comm. — Gratia facta est de medietate iurium s. collegii.

[10]) *Gams* l. c.: 1572.

[11]) Reserv. ei fructus (exced. 1500 aur.) et denominatio.

[12]) Utr. sign. referend., maioris praesidentiae abbreviator, nomin. a rege. — Cum assignatione pens. 1400 aur. — Pro serv. comm. solvat tantum 1000 scuta, quia curialis est et bene meritus. Disp. quoad sacros ord. Officium refer. et abbrev. retinet. — AC 10 f. 200': 1576 Maii 4 pallium conced. aepo.-praesenti.

[13]) Dr. collegii Sorbannae Parisien. — Reserv. pensio a S. S. declaranda. Sec. *Gams* multa scripsit erudite, dejectus per parlamentum Aquense 1596 Jan. 26. † 1597 Mart. 14.

Aquen. (Dax).

[1]) AC_1 1 f. 87'. — [2]) A. 1499 promoti.

[3]) Sch Ind. 478: 1504 *Jacobus Vralt* commendatur pro eccl. Aquen. in Gallia obtinenda.

[4]) Reserv. ei pensio 500 duc. et coll. benef. alternatim conferendorum, ita ut hic sit primus in conferendo.

[5]) Archipresbyter s. Martini de Ginhaco (d. Caturcen.), nobilis ex utr., nomin. a rege Galliae; † 1585 Sept. 19.

Aquen. (Acqui).

[1]) AC 3 f. 65'; AC 8 f. 130. — Ao. 1558 (AC_1 7 f. 120): T. fl. 126; id. ao. 1508.

[2]) Consil. et secret. regis Rom. eiusque orator ap. S. S.

[3]) Sch. Ind. 478: 1513 Dec. 4 *Dominicus* ep. orator marchionis Montisferrati (Conradi Bonifatii) ad obedientiam papae praest.

[4]) Sch. Ind. 478: 1535 Maii 20 *Petro* ep. in comm. p. e. b. M. Magd. de Lossen (d. Leodien.). — 1525 Jul. 23 *Petro* ep. commend. praeceptoriam B. M. et can. s. Martini Embricen. (d. Traiecten.) ac can. s. Salvatoris Traiecten. — 1535 Aug. 23 id. deputatur pro reform. curia Rom. — 1536 Sept. 10 id. nuntius mittitur in Germaniam pro significanda principibus indictione concilii. — 1548 Oct. 30 Paulus III Carolo imper. commendat *Petrum Vorstium*, iam satis provectae aetatis et valetudinarium, ad partes Flandriae profiscentem gratia mutandi aeris et componendi nonnulla sua negotia, praesertim in conservandis suis iuribus et castro Bestagni suae eccl. per tres conformas sententias adiudicato.

[5]) Minister generalis. Reserv. pensio ann. 100 duc. personae nominandae a S. S. — Sch. Ind. 478: 1549 Maii 18 *Bonaventurae* conced. fac. cap. possess. literis non expeditis.

[6]) Proposita est ecclesia Aquen. 1558 Febr. 4 in consist. (AC_1 7 f. 116). — Cum Petro ep. disp. super irregularitate, quia tulit sententias sanguinis et se immiscuit causis criminalibus tamquam iudex. — Sch. Ind. 478: 1560 *Petrus* ep. fit gubernator Civitatis Castelli. — 1562 Jan. 15 idem advenit Trident.

[7]) Disp. cum eo quoad sacros ord. et super def. irregular. ob diversa gubernia et complures ordines et sententias criminales in curia Rom. — Fuit facta gratia pro expeditione.

[8]) 1596 Junii 5 promovetur in S. R. E. card.

Aquilan.

[1]) AC_1 1 f. 226' (ao. 1523). — Ao. 1502 (Sch. Ind. 478): T. fl. 600. Ao. 1525 (AC_1 2 f. 71): R. fl. 500, T. fl. 600; ao. 1538 (AC_1 4 f. 61'): T. fl. 600 (idem 1553).

[2]) De Suard, a. 1502 Maii 9 promoti; cfr. Lat. 1128 f. 199.

[3]) Sch. Ind. 478: 1506 Oct. et 4 Nov. 20 *ep. Aquilan.* O. Min. (!) cantat missam in capella papali Caesenae et Bononiae. — 1509 id. nuntius ad caesarem. — 1509 Jan. 24 fit commend. mon. s. M. de Montepliano O. Vallisumbr. d. Pistorien. (T. fl. 33 1/3).

[4]) Nobilis, in 26. ao. const., admin. usque ad 27. Disp. super def. aet. et quoad sacros ord. — Lat. 1342 f. 112' (H II 175, 17186): Ut a quocunque . . . H II 174 (17154/61.

[5]) Desideratur apud *Gams* 850. — [6]) Reserv. ei regr.

[7]) Assign. ei pens. 200 duc. super fruct. eccl. Reatin. et 300 duc. super fruct. mon. s. M. Cryptae ferratae.

[8]) Dat. Gradulis. — Disp. quoad sacros ord. — Sch. Ind. 478: 1538 Aug. 28 *Bernardo* el. conced. fac. cap. possess. literis non exped. — 1539 Mart. 13 eid. prorogatur tempus consecr. ad VI menses. — Eod. ao. Maii 7 Bernardus fit praesidens Romandiolae et exarchatus Ravennae. — 1545 Dec. 11 nuntius Neapoli.

[9]) Sch. Ind. 478: 1553 Sept. 18 *Alvaro* ep. conced. fac. cap. possess., literis non exped. — 1560 idem orator regis Hispaniae in Anglia.

[10]) Nomin. a rege Hispan.

[11]) Sch. Ind. 478: 1578 fructus eccl. Aquilan. vac. applicantur fabricae eiusdem.

[12]) Verbi Dei concionator. Nom. a rege cath. — Gratia facta est de tertia parte iurium s. coll. — [13]) Consecr. 1593 Sept. 5, res. 1599.

Aquilegien. (Aquileja) in Istria, patriarch. (R. fl. 3000, T. fl. 10000).[1])

res. Dominici[2])	**Marinus** de Grimanis, ep. Ceneten.[3])	1517 Jan. 19	Sch. Ind. 478
res. Marini[4])	**Marcus** de Grimanis, eius frater	1529 Apr. 18	AC_1 2 f. 140
res. Marci († 1544)[5])	**Marinus** card. de Grimanis,(V, 5), iterum	1535 Sept. 17	Sch. Ind. 555
res. Marini[6])	**Joannes** de Grimanis[7]), eius frater, ep. Ceneten.	1545 Jan. 23	AC_1 4 f. 210
res. Joannis[8])	**Daniel** Barbarus, cler. Venetiar.	1550 Dec. 17[9])	AC_1 6 f. 67
Daniele senio confecto	**Aloisius** Justinianus[10]), can. Patavin., coadj. c. j. s.	1574 Jul. 14	AC 10 f. 158
ob. Aloisii	**Joannas** de Grimanis, iterum	1585 Nov. 11	AC_2 14 f. 20 seq.
Joanne senio conf.[11])	**Franciscus** Barbarus[12]), aep. Tyren., coadj. c. j. s.	1585 Oct. 7	
Franc. senescente	**Ermolaus** Barbarus, aep. Tyren, coadj. († 1616)	1596 Febr. 12	Sch. Ind. 478

Aquinaten. (Aquino) in Italia infer., immed. subj. (R. fl. 250, T. fl. 120).[1])

ob. Baptistae[2])	**Jacobus** Gerardus	1513 Dec. 17	Gams 852
ob. Jacobi	**Marius** de Maffeis, Vulterraneus	1516 Nov. 5	
tr. Mar. ad Cavallicen.	**Antonius** de Corrago, cler., (tantum) Neapolitan.[3])	1525 Apr. 7	AC_1 2 f. 38', 61
ob. Antonii	**Inicus** de Avalos[4]), monach. congreg. Montis Oliveti	1528 Sept. 4	AC_1 2 f. 142'
ob. Inici[5])	**Galeatius** Florimontius[6]), pbr. Suessanen.	1543 Maii 4[7])	AC_1 4 f. 167
tr. Gal. ad Suessanen.	**Hadrianus** Fusconius, cler. Roman.[8])	1552 Oct. 22	AC_1 6 f. 138
ob. Hadriani	**Joannes** Aloisius Guarini, pbr. Licien.[9])	1579 Mart. 30	AC 10 f. 269
ob. Joannis	**Flaminius** Filonardus[10]), pbr. d. Verulan.	1579 Nov. 13	AC 10 f. 279
ob. Flaminii (1608 Sept. 12)	**Philippus** Filonardus, pbr. Roman.[11])	1608 Nov. 24	Sch. Ind. 478

Arausicen. *v.* **Aura(s)icen.**

Arbanen. (Albania) in Epiro, suffr. Antibaren. (R fl. 50, T. fl. 40).[1])

ob. Angeli in C. R.[2])	**Joannes** Corona O. Pr., map. theol.	1506 Jun. 24	Sch. Ind. 478
ob. Joannis	**Joannes**[3]) de Montalbo (de Montepalero)[4])	1518 Mart. 3	AC_1 1 f. 49'
. . . .	**Ludovicus** de Vivaldis[5]) O. Pr.	1519 Sept. 19	AC_1 1 f. 105
. . . .	**Petrus** de Torres, portionarius eccl. Hispalen.[6])	1540 Aug. 27	AC_1 4 f. 108'
. . . .	**Dominicus** Bigorrei	1554 Nov. 19	Sch. Ind. 478

Aquilegien.

[1]) AC_1 4 f. 210. — Ao. 1550 (AC 8 f. 173'): T. fl. 10016 2/3.

[2]) Card. de Grimanis (I, 17), qui 1497 Sept. 13 hunc patr. obtinuit; cfr. Vallic. J 70 f. 9.

[3]) Nepos Dominici patr. et card. res., qui ipse postm. fit card. (V, 5). — AC_1 1 f. 17: 1517 Jun. 17 patriarchae Marino de Grimanis conced. pallium, postulante Angelo de Cesis advoc. consist., assignandum per card. de Farnesio (I, 18). — Sch. Ind. 478: 1517 Apr. 18 pro retentione mon. s. Petri de Colle O. S. B. Ceneten. ead. die ei commendati *Marinus* obtulit fl. 150.

[4]) Reserv. ei denominatio patr., fructus et coll. benef.

[5]) Sch. Ind. 478: 1538 Mart. 5 *patr. Aquilegien.* mittitur ad Venetos pro instruenda classe. — 1538 Mart. 26 *Marcus* patr. praeficitur classi contra Turcas cum facult. legati. — 1543 Mart. 31 idem legatus in Scotia.

[6]) Reserv. ei denominatio, admin., fac. transferendi quosdam fructus, coll. benef., regr.

[7]) Reserv. pensio 500 duc. pro Julio de Grimanis, nato Marci olim patriarchae. — Sch. 478: 1545 Mart. 25 *patr. Aquilegien.* mittitur in Scotiam.

[8]) Reserv. ei denom., admin. et iurisdictio, coll. benef., regr., fructus (exc. 400 scut. pro sustentatione electi). — Sch. Ind. 478: 1565 Aug. 13 *Joannes* Grimanus patr. absolutus est de crimine haereseos, de quo accusatus erat; Jun. 18 Trident. advenit.

[9]) Msc. (AC 8 f. 173') habet: die *Mercurii* Nov. 17., quod errorem esse scriptoris ex nota diei apparet. — Sch. Ind. 468: 1550 Dec. 20 Julii III hortatoria epist. ad regem Roman., ut faciat dimitti vacuam a suis militibus civitatem Aquilegien. — 1552 Sept. 24 bulla Julii III, qua Venetis spondet, se ecclesiae Aquileg. infra IV menses a die vacationis nunquam provisurum nisi de persona ex IV ab iis nominatis. — 1562 Jan. 14 *Daniel* patr. advenit Trident. — 1562 Mart. 20 deputatus ad conficiendum decr. de praesidentia.

[10]) AC 10 f. 315: 1581 Dec. 18 S. D. N. verba fecit de adventu novi oratoris Veneti ob negotium patriarchae Aquilegien. eumque nihil ex sua expectatione ad eam controversiam componendam attulisse dixit. Quare se illum iterum auditurum, quod, si nihil aliud afferatur, cogitaturam Sanctitatem, quid ipsam cum Domino facere oporteat. — AC 10 f. 320: 1582 Jan. 31 card. Sanctacrucius (X, 30) copiose et diligenter retulit de his, quae venerunt ad notitiam congregationis deputatae in ea controversia. AC 10 f. 321': 1582 Mart. 19 S. S. dixit se transmissuram scripturas extraiudicialiter datas congregationi ad eam rem delectae; et quoniam ea congregatio erat imminuta, addidit duos cardinales, Senonensem (XI, 17) et Dezam (XII, 9).

[11]) † 1593 Oct. 3 (92 annos ag.).

[12]) Cum decreto, quod infra VI menses teneatur promoveri ad sacros ordines (modo disp. quoad ipsos).

Aquinaten.

[1]) AC_1 2 f. 61. — Ao. 1528 (AC_1 2 f. 142'): R. fl. 300, T. fl. 120.

[2]) De Bufffalis, a. 1495 promoti et post 17 Jun. 1513 defuncti.

[3]) Lat. 1454 f. 216' (cfr. f. 213'): Ut a quocunque . . . Disp. cum eo de interstitiis.

[4]) Sch. Ind. 478: 1527 Jul. 23 breve Clem. VII, quo ait se ecclesiae Aquinaten. providere velle de Inico de Avalos, monacho congr. Montis oliveti. — 1529 Aug. 6 eidem conced. ind. consecrat. — 1537 Jan. 25 id. fit gubernator Campaniae et Pontiscurvi.

[5]) Sch. Ind. 478: 1543 Apr. 13 *Thomas de Martis*, can. Aquinaten., confirmatur in officio vicarii per obitum Inici ep.

[6]) Disp. super def. nat. (genito ex soluto et soluta). — Lat. 1615 f. 323: Ut a quocunque . . . — Sch. Ind. 478: 1543 Maii 25 *Galeatio* ep. conced. fac. cap. possess. literis non exped. — 1544 Aug. 19 eid. indult. testandi. — 1544 Sept. 25 *Galeatio* ep. imponitur cura spirit. eccl. Neapolitan., donec el. ad legit. aet. pervenerit. — 1545 Sept. 13 id. aderat conc. Trident.

[7]) Dat. Bononiae (Lat. 1615 f. 319).

[8]) In 27. a. constit. Disp. super def. aet. — Sch. Ind. 478: 1552 Nov. 13 *Adriano* el. conced. fac. cap. possess. literis non exped. — 1556 Febr. idem in Urbe degens. — 1563 Apr. 10 advenit Tridentum.

[9]) Parochus in Urbe ecclesiae ss. Trinitatis confraternitatis. Gratia ei facta est iur. s. coll. — [10]) Commendatus testimonio collegii Rom. theologorum. — [11]) Postm. S. R. E. card. (1611 Aug. 17).

Arbanen.

[1]) AC_1 1 f. 49'. — [2]) De Macerata; erat promotus a. 1494.

[3]) Apud *Gams* 392 nuncup. Jacobus.

[4]) Hispanus O. S. A., mag. theol.

[5]) AC_1 1 f. 104: 1519 Aug. 31 card. de Valle (III, 14) proposuit eccl. Arbanen. (Msc.: Arben.) in favorem fr. Ludovici de Vivaldis O. Pr., S. S. mandavit supersederi, usque quo card. s. Crucis (I, 14) se informaret. L. c. f. 105: 1519 Sept. 19 proclamatur Ludov. ep., postquam S. S. recepit vota et card. s. Crucis se informavit, an dictus fr. Ludov. esset de genere neophytorum. Tenetur ad resident. infra annum.

[6]) Hoc quoque loco in Msc. confunditur nomen Arben. cum Arbanen. — Ad resid. non tenetur; agebat suffr. epi. Cassanen. — Desideratur apud *Gams* 392.

Arben. (Arbe, Rab) in Dalmatia, suffr. Jadren. (R. fl. 50, T. fl. 33 1/3). [1]

ob. Aloisii [2]) in C. R.	**Vincentius** Nigusantius, cler. Fanen. [3])	1514 Nov. 20	H I 778 (12837-40)
res. Vinc.	**Blasius** Sideneus, cler. Jadren.	1567 Oct. 8 [4])	AC 9 f. 172'
Blasio senio confect.	**Andreas** Cernota O. Min. de Obs., ep. Scardonen. [5])	1583 Aug. 8	AC 10 f. 339'
ob. Andreae	**Paschalis** Padavinus O. Camald., Venetus [6])	1588 Sept. 19	AC 11 f. 96'; AC_2 14 f. 145
ob. Paschalis	**Theodorus** Georgii († 1635)	1621 Oct. 21	Sch. Ind. 478

Arboren. (Oristano) et **s. Justae** (S. Giusta) [1]) in ins. Sardinia, metrop. (R. fl. 400, T. fl. 200). [2])

res. Jacobi Serra [3])	**Petrus** Serra de Munoz, mag. theol. [4])	1510 Dec. 9 [5])	Lat. 1253 f. 51
ob. Petri el.	**Joannes** Briselotto (O. Carm.), ep. Beryten. [6])	1517 Dec. 23	AC_1 1 f. 41
res. Joannis [7])	**Joannes** de Cleve (al. Clerc), cler. Cameracen. [8])	1520 Apr. 16	AC_1 1 f. 128
. . . .	**Augustinus** Grimaldus, ep. Grassen. [9])	1530 Mart. 28	AC 2 f. 167; AC_1 3 f. 16'
ob. Aug. (1532 Apr. 12)	**Carolus** de Aragona, cler. Calaritan. [10])	1537 Maii 18	AC_1 4 f. 33'
ob. Caroli	**Andreas** Sanna [11]), ep. Usselen. et Terralben.	1554 Aug. 3	AC_1 6 f. 202
ob. Andreae	**Petrus** Sanna [12]), can. Calaritan., decr. dr.	1556 Maii 4	AC_1 7 f. 20'
ob. Petri	**Hieronymus** Barberani, pbr. Calaritan. [13])	1565 Jan. 19 [14])	AC 9 f. 113 seq.
ob. Hieronymi	**Petrus** Buerba [15]) O. S. A., decr. dr.	1572 Nov. 5	AC 10 f. 116'
ob. Petri	**Petrus** Narro [16]), ep. Ampurien.	1574 Oct. 22	AC 10 f. 163
ob. Petri	**Franciscus** Figo [17]), pbr. Turritan.	1578 Jan. 13	AC 10 f. 238'
ob. Francisci	**Antonius** Canopulus [18]), pbr. Turritan.	1588 Oct. 17	AC 11 f. 97'; AC_2 14 f. 147

Archadien. (Arkadi) in ins. Creta, suffr. Creten. (T. fl. 45). [1])

. . . .	**Joannes** Alexander Georgii [2]), cler. Creten.	1501 Apr. 28	Eubel II[2] 93
. . . .	**Matthaeus** adiac. Rodrogien. in eccl. Colocen. [3])	1511 Febr. 10	Lat. 1253 f. 8'
. . . .	**Martinus** Dulcis, O. Min., prof. theol.	(1513) [4])	H I 192 (3291)
. . . .	**Franciscus** Singuus (Cerigo) [5])	. . . . . .	AC_1 6 f. 193
ob. Francisci	**Marcus** Sorianus [6]), pbr. Creten.	1554 Apr. 20	AC_1 6 f. 193
ob. Marci	**Antonius** de Ascafeis [7])	1572 Nov. 26	AC 10 f. 119 seq.
ob. Antonii	**Benedictus** Leoni O. Crucifer.	1594 Maii 23	Sch. Ind. 478

Arben.

[1]) AC_1 1 f. 104.

[2]) Malombra, promoti a. 1484. — Sch. Ind. 478: 1502 Jan. 19 eid. providetur de mon. s. Petri de Valle d. Arben. (T. fl. 50). — Ao. 1508 ep. Arben. Venetiis degens.

[3]) Adriani card. Castellensis (I, 43) affinis et secret., in 27. ao. const., disp. super def. aet. — Sch. Ind. 478: 1559 *Vinc.* ep. pontificalia exercens in d. Veronen. — 1562 Jan. 18 aderat conc. Trident.

[4]) Apud *Gams* 395: 1569.

[5]) Coadj. c. j. s. Pro cujus sustentatione assignantur a nonnullis civibus 300 duc. — [6]) Mag. theol.

Arboren.

[1]) 1515 Jul. 15 ecclesiae Arboren. unitur eccl. S. Justae.

[2]) AC_1 1 f. 41. — Ao. 1554 (AC_1 6 f. 202): R. fl. 1000, T. fl. 200. — Ao. 1557 (AC_1 7 f. 20'): T. Arboren. fl. 200, s. Justae fl. 150.

[3]) A. 1492 in aepum. et a. 1500 in S. R. E. card. (I, 28) promoti.

[4]) Not. aplic., can. Valentin., illius aep. et card. ex sorore nepos. — H II 56 (14692): 1515 Mart. 23 Leo X cum Petro el. (a Jul. II ecclesiae Arboren. cessione Jacobi aep. vac. praefecto) disp. super def. corporis (debilitate brachii sinistri et laesione duorum minorum digitorum manus sinistrae). — L. c. 99 (15623): 1515 Maii 25 eid. commend. p. e. de la Oleria et de Alfafar (d. Valentin.), quibus Joannes ep. Calaguritan. cessit. — L. c. 128 (16230): 1515 Jul. 2 S. S. Petro el. declarat, unionem ecclesiae s. Justae cum eccl. Arboren. non comprehendi in posterioribus constitutionibus apostolicis revocatoriis. — AC_1 1 f. 28: 1517 Aug. 21 pallium concedit Petro aep., postulante Joanne Bapt. de Senis advoc. consist., praesente ipso electo.

[5]) Dat. Bononiae.

[6]) Et suffr. d. Cameracen., regis cath. confessor et consiliarius. Inter hunc et Petrum *Gams* 858 affert ad an. 1516 Franciscum Minerbetti. — AC_1 1 f. 45: 1518 Jan. 24 Joanni el. conced. pallium, postulante Justino de Carosis, advoc. consist., praesente Guil. Enckevoort procuratore. — Sch. Ind. 478: 1518 Aug. 31 *Joannes* el. pro retent. mon. s. Petri de Altomonte O. S. B. (d. Cameracen.) 1516 Dec. 23 sibi concessa obtulit fl. 120.

[7]) Reserv. ei denomin. aepi., coll. benef. et medietas fruct.

[8]) In 20. ao. const., adm. usque ad 27; Lat. 1399 f. 25 (cfr. f. 21): Ut a quocunque.

[9]) Episcopatum Grassen. retinet ad annum; item mon. s. Honorati O. S. B. (d. Grassen.) cum aliis beneficiis. — Sch. Ind. 478: 1532 Mart. 12 Clem. VII Augustino aep. prorogat tempus cedendi ecclesiae Grassen., cui antea praefuerat.

[10]) In 25. ao. const., adm. usque ad 27. Disp. super def. aet.; nomin. a caesare. — Reserv. pens. 300 duc. pro Guil. ex Tutevilla, cler. Sarnen. — Sch. Ind. 478: 1552 Jan. 25 aep. Arboren. aderat Tridenti.

[11]) Nomin. a caesare. — AC_1 6 f. 206': 1554 Oct. 1 pallium conced. aepo. recipienti per procur.

[12]) Assecutus possessionem eccl. Arboren. illos can. et praeb. dimittere tenetur. — Praesentatus a Phil. rege Hispan. — AC_1 7 f. 34': 1556 Jul. 6 pallium conced. aepo. postulante Silvestro advoc. consist., instante eius procuratore. Altera traditio pallii legitur AC_1 7 f. 109 (1557 Dec. 15) Petro aep. Arboren. facta, postulante card. Paceco (VI, 61), instante Petro el. praesente.

[13]) Caesaris capellanus, bacc. et lic. iur. can., can. et praebend. Terralben. Canonicatum eccl. Terralben., in qua nulla est residentia vel capitulum, retinet ad vitam, plebaniam in d. Galtellinen. ad VI menses. Salva remanente pens. 300 fl. super fruct. dictarum ecclesiar. assignata. — Praesentatus a Phil. rege cath. — AC 9 f. 114': 1565 Febr. 7 pallium conced. aepo.

[14]) Proposita est haec eccl. 1564 Apr. 14 (AC_1 8 f. 158').

[15]) Nomin. a rege cath. — Reserv. pens. 300 duc. pro certa persona nominata.

[16]) Nomin. a rege cath. — AC 10 f. 169': 1575 Jan. 10 pallium conced. aepo.

[17]) Jus nominandi pro hac vice conced. regi cath., nisi ei contingit. — Reserv. pens. ann. 200 duc. pro Joan. Curita, inquisitore aplic. — AC 10 f. 242: 1578 Mart. 17 pallium conced. aepo.

[18]) Praesent. a rege cath. — Cum retent. pens. 200 duc. super fruct. p. e. de Biezi (d. Galtellinen.) et cassatione aliarum, quas obtinet super ecclesiis et beneficiis de iure patron. regis cath. — AC 11 f. 102' (AC_2 14 f. 154'): 1588 Dec. 5 pallium conced. aepo., qui tr. ad Turritan. a. 1620.

Archadien.

[1]) AC_1 6 f. 193.

[2]) Sch. Ind. 478: Cum ret. praepositurae et can. eccl. Milopotamen., similiter in eccl. Creten. et Cheronen. (Coronen.) — Ad resident. non tenetur. — [3]) Suffr. Colocen. — [4]) Die Jun. 22 huius anni transfertur ad eccl. Bethlemit.

[5]) Apud *Gams* 402: 1588 (!) — Sch. Ind. 478: 1524 Jan. 4 confirmatio concordiae inter ep. Archadien. et Sithien. super differentia quorundam bonorum.

[6]) Desideratur apud *Gams* l. c. — Sch. Ind. 478: 1554 Jun. 6 Marco ep. conced. fac. cap. possess. literis non expeditis.

[7]) Desideratur apud *Gams* l. c. — Gratia facta jurium s. coll.

Ardachaden. (Ardagh) in Hibernia, suffr. Armachan. (R. fl. 25, T. fl. 33 1/3).[1]

ob. Guilelmi[2]	**Rogerius** O'Moleyn, can. Cluanen.[3]	1517 Dec. 14	AC_1 1 f. 40
ob. Rogerii	**Patricius** Mac-Mahon O. Min.[4]	1541 Nov. 24	AC_1 4 f. 137
ob. Patricii (1575)	**Ricardus** Mac-Brada O. Min. Obs.[5]	1576 Jan. 23	AC 10 f. 193 seq.
tr. Ric. ad Kilmoren.	**Edmundus** Mac-Gauran[6]	1581 Sept. 11	AC 11 f. 95';Sch. Ind. 478

Arelaten. (Arles) in Gallia, metrop. (R. fl. 2500, T. fl. 2000).[1]

Joanne[2] senio confecto	**Joannes** Ferrer, cler. Vicentin.[3]	1518 Aug. 23	AC_1 1 f. 67'
ob. Joannis (1550)	**Jacobus** de Broullard (Brouilles)[4], cler. Melden.	1550 Nov. 28	AC_1 6 f. 66,; AC 8 f. 172'
res. Jacobi († p. a. 1575)	**Robertus** card. de Lenoncourt[5] (VI, 24), *admin.*	1560 Febr. 7[6]	AC_1 8 f. 15
ob. Rob. (1561 Febr. 4)	**Prosper** card. Sanctacrucius[7] (X, 30), *admin.*	1566 Jun. 17	AC 9 f. 149'
res. Prosperi[8]	**Silvius** Sanctacrucius, pbr. Roman.[9]	1574 Mart. 15	AC 10 f. 146'
res. Silvii	**Horatius** (Montano), ep. Pennen. et Adrien.[10]	1598 Nov. 15	Sch. Ind. 478

Arequipen. (Arequipa) in America (Peru), suffr. Civit. de Cuzcho.

Noviter er.[1]	**Antonius** de Ervias O. Pr.[2]	1577 Apr. 15	AC 10 f. 220 seq.

Arethusan (**Arethusa, Restan**) in Syria, tit.

. . . .	**Antonius** de Sinibaldis. ep. Auximan.	1515 Jun. 13	H II 114 (15923)

Aretin. (Arezzo) in Italia media, immed. subj. (R. fl. 1000, T. fl. 600).[1]

res. Cosmae[2]	**Raphael** card. Riarius (I, 6), *admin.*	1508 Jul. 7	Lat. 1209 f. 6'
res. Raphaelis	**Hieronymus** de Sansonibus, cler. Saonen.[3]	1511 Nov. 5	Lat. 1261 f. 46
tr. Hier. ad Lauden.	**Octavianus** Sforza, el. Lauden.[4]	1519 Nov. 19	AC_1 1 f. 116'
tr. Octav. ad Lauden.[5]	**Franciscus** Minerbetti, aep. Turritan.	1525 Mart. 6	AC_1 2 f. 55'
res. Francisci[6]	**Bernard(ett)us** Minerbetti[7], eius nepos	1538 Febr. 6	AC_1 4 f. 52
ob. Bern. (1574 Sept. 16)	**Stephanus** Bonucius O. Serv., ep. Alatrin.[8]	1574 Oct. 1	AC 10 f. 161'
ob. Steph. card. (1589 Jan. 2)	**Petrus** Osimbardius, pbr. Florentin.[9]	1589 Jan. 9	AC 11 f. 107
ob. Petri (1612 Maii 28)	**Antonius** Ricius, pbr. Florentin. († 1638)	1611[10] Jun. 27	Sch. Ind. 478

Argen. (Ardjisch) in Walachia.[1]

ob. Andreae	**Dionysius** de Gyalo, can. Alben. (suffr. Transilvan.)	1512 Oct. 29	Lat. 1261 f. 190'
. . . .[2]	**Bernardinus** Quirinus[3] O. Min. de Obs.	1591 Jan. 7	AC 11 f. 154'; AC_2 15 f. 6'

Ardachaden.

[1]) AC_1 1 f. 40. Misc. Arm. XII 122 f. 15': R. fl. 200.

[2]) O'Ferral O. Cist. a. 1480 promoti et 1516 defuncti.

[3]) Can. cum praeb. retinet.

[4]) *Gams* 205 inter Rogerium et Patricium recenset Rich. O'Ferral 1542—53.

[5]) Prov. gratis.

[6]) Tr. ad Armaghan. 1587 Jul. 1. Sedes vacat 1584—1647.

Arelaten.

[1]) AC_1 1 f. 67'.

[2]) Ferrer, a. 1499 ab eccl. Melfien. ad Arelaten. translato; † 1521 Jan. 17.

[3]) Illius aepi. nepos in 27. ao. const., coadj. c. j. s. Disp. sup. def. aet. — Sch. Ind. 478: 1502 *Joan.* aep. erat commendator mon. s. Martini de Villa magna d. Biterren. et s. Tiberii de s. Tiberio d. Agathen. — H I 514 (8129): 1514 Apr. 23 S. S. aepum schisma Pisanum abiurantem absolvit. AC_1 1 f. 124': 1520 Mart. 14 pallium conced. Joanni coadj., postulante Joan. Bapt. de Senis advoc. consist., praesente Vinc. Bossel procuratore.

[4]) Nomin. a rege Galliae.

[5]) Ut not. 4.

[6]) Proposita est haec prov. 1558 Febr. 4 (AC_1 7 f. 116).

[7]) Cum retent. eccl. Chissamen., cui praeerat, ad IV menses. — AC 9 f. 166: 1567 Apr. 28 pallium conced. aepo. — Inter hunc et Robertum *Gams* 495 affert archiepiscopos Ant. d'Albon (ad an. 1562) et Hippol. d'Este (— 1567).

[8]) Reserv. ei fruct. (exceptis 1000 duc. pro electo).

[9]) Adiac. et vic. gen. eccl. Arelaten. Archidiaconatum retinet ad VI menses. — Gratia facta est iurium s. coll.

[10]) † 1603 Sept. 11.

Arequipen.

[1]) Eccl. de Arequipa in India occid. 1577 Apr. 15 erecta est ex eccl. paroch. ad supplicationem regis cath., cui reserv. ius praesentandi; eccl. cathedr. post novam erectionem ao. 1609 factam fundata est ao. 1612.

[2]) Desideratur apud *Gams* 159.

Aretin.

[1]) AC_1 1 f. 116' (ao. 1519). Ao. 1497: T. fl. 38 1/3 (Sch. Ind. 478).

[2]) De Pazzis, a. 1497 ab eccl. Oloren. ad Aretin. et nunc ad Florentin. translati.

[3]) Card. Raphaelis ex fratre nepos, in 21 ao. const. Disp. sup. def. aet.

[4]) Card. camerar. (I, 6) consensit, quippe cui reserv. erant fructus eccl. Aretin., coll. benef. et regr. — Eidem res. pens. 1000 duc. sup. fruct. mens. ep. Lauden.

[5]) Sch. Ind. 478: 1524 Dec. 29 breve Clem. VII, quo *Octaviano* ep. significat placere sibi, ut cessionem in suis manibus faciat, ut inde provideatur dictae eccl. de Franc. aep. Turritan.

[6]) Reserv. ei mediet. fruct. † 21 Jan. 1543.

[7]) Sch. Ind. 478: Pro eod. reserv. adiaconatus Florentin.

[8]) Postm. S. R. E. card. (XIII, 23). Reserv. pens. ann. 1000 scut. pro card. s. Sixti (XII, 1), nepote S. S. — Gratia facta est iurium s. coll.

[9]) Secr. Ferd. Magni, Etruriae ducis, in C. R. notus. Reserv. pens. ann. 1000 scut. aur. pro card. Simoncella (VII, 20).

[10]) Sec. *Gams* 745: 1612 per ob. Petri † 1612 Maii 5.

Argen.

[1]) Episcopatus Argen. primum erat suffr. Coloeen.; deinde Milcovia diruta, in quam civitatem episcopi Argen. traducti erant, factus est titularis.

[2]) Sedes iam diu vacabat; cuius residentia episcopalis erat in finitima provincia Moldaviae et civitate Bachou.

[3]) Cretensis, verbi Dei concionator. Cum remissione iurium s. coll., camerae et cancellariae. — Sch. Ind. 478: 1600 Jan. 27 S. S. Michaeli principi Valachiae et Hieremiae principi Moldaviae commendat illum *Bernardinum* ep. ex Urbe revertentem.

Argentinen. (Strassbourg) in Alsatia, suffr. Maguntin. (T. fl. 2500).[1]

ob. Alb. (1506 Aug. 20)[2]	**Guilelmus** comes de Hohenstein[3], el. a capit.	1506 Dec. 4	Sch. Ind. 478
ob. Guil. (1541 Jun. 39)	**Erasmus** baro a Limburg[4]	1541 Dec. 9	AC_1 4 f. 140
ob. Er. (1568 Nov. 27)	**Joannes** comes a Manderscheidt[5], scholasticus	1573[6] Jun. 26	AC 10 f. 133'
ob. Joan. (1595 Maii 2)	**Carolus** card. a Lotharingia (XIII, 32)[7], *admin.*	1592 Jul. 1	Sch. Ind. 478

Argolicen. (Argos) in Graecia, suffr. Corinthien. (R. fl. 100, T. fl. 100)[1], postea tit.[2])

Augustino[3]) senescente	**Tryphon** Gabriel, cler. Venet.[4], coadj. c. j. s.	1499 Jan. 14	Eubel II² 94 not. 2
tres. Typh. el.	**Paulus** Zabarella O. Er. s. A., prof. theol.	1504 Mart. 20	Lat. 1129 B f. 51'
. . . .	**Joannes**[5]	1509 Nov. 7	Sch. Ind. 479
certo modo	**Franciscus** Tynemouth	1512[6]	Sch. Ind. 479
. . . .	**Hieronymus** de Sanctis	1513	Lat. 1600 f. 237
ob. Pauli Zab. (1525)	**Calixtus** de Amadeis, rector p. e. de Mignayo[7]	1534 Apr. 20	Lat. 1600 f. 237'
. . . .	**Jacobus** Rota[8] (suffr. Paduan.)	1540 Apr. 10	AC_1 4 f. 100'
ob. Jacobi	**Gerardus** Busdragi, cler. Lucan.[9]	1552 Aug. 24	AC_1 6 f. 130'
. . . .	**Hieronymus** Guilelmus O. Pr. (suffr. Paduan.[10])	1563 Mart. 17	AC_1 8 f. 137
tr. Hier. ad Aemon.	**Leander** Garuffi (Rotelli) de Piis[11]	1574 Jan. 15	AC 10 f. 143'

Arianen. (Ariano) in Italia infer., suffr. Beneventan. (R. fl. 1300, T. fl. 213⅓).[1]

ob. Nicolai Hippolyti[2]	**Diomedes** Carafa, cler. Neapolitan.[3]	1511 Apr. 9	Lat. 1153 f. 1
ob. Diom. (1560 Aug. 12)	**Octavianus**[4] Praeconius, ep. Monopolitan.	1561 Jun. 13	AC_1 8 f. 88; AC 9 f. 46
tr. Octav. ad Panorm.	**Donatus** de Lauerdiis[5], ep. Minoren.	1563 Jan. 30	AC_1 8 f. 135'
ob. Donati	**Alfonsus** de Herrera[6], ep. Gallipolitan.	1585 Febr. 25	AC 11 f. 20

Arien. (Ario) in ins. Creta, suffr. Creten. (R. fl. 200, T. fl. 66).[1]

. . . .	**Erasmus**, praepos. eccl. b. M. de Crema (d. Placentin.)	1497 Apr. 3	Eubel II² 95
. . . .	**Bartholomaeus** (Abraham al. Sirigo vel Siringi)[2]	1520 Jun. 1	AC_1 1 f. 132
tr. Barth. ad Castellanet.	**Marcus** Adantinus[3] O. Min. de Obs., Cretensis	1537 Dec. 5	AC_1 4 f. 47
tr. Marci el. ad Chir.	**Ludovicus** Martinus O. Pr.[4], Venetus	1538 Oct. 7	AC_1 4 f. 66'

Argentinen.

1) AC_1 4 f. 140.

2) E ducibus Bavariae 1479 Jan. 18 promoti. — Sch. Ind. 478: 1479 Dec. 3 *Albertus* ep. visitat limina apost. per procurat.

3) Sch. Ind. 478: Pro eod. retent. canon., custodiae ac praepositurae Maguntin. — 1520 Aug. 21 *Guilelmus* ep. visitat limina apost. per procurat. — 1536 pro eod. suppressio mon. monial. s. Suffrae (Afrae? Schwarzenthann?) O. S. A. ad erectionem illius in eccl. saecularem.

4) Thesaurar. ips. eccl., el. a cap. Retinet can. et praeb. eccl. Argentinen. ad VI menses, can. et praeb. Bambergen. ad vitam. — Sch. Ind. 478: 1542 Sept. 19 pro *Erasmo* ep. breve Pauli III, quo ei conceditur recipere ordines, ita ut uno die possit promoveri ad diac. et pbr. et deinde consecrari. — 1551 Oct. 11 aderat conc. Trident.

5) Disp., quod non est doctor. — Cum retent. scholasteriae. Gratia facta est trium part. iurium s. coll. — Sch. Ind. 478: 1575 canonici Argentinen. admonentur ad restituendam eccl. disciplinam. — 1579 *Joannem* ep. papa deputat visitatorem aplic. pro reform. mon. in Nunenberg (Frauenberg?) et hospit. in Stefeldt (Stefansfelden?) (d. Argentinen.) — Eid. (ao. 1579) commendatur Laurentius Ulmer alumnus coll. Germ. rediens ad sua (similiter 1580 alumnus Jacobus Schwitz).

6) El. a capitulo 1569 Jan. 26.

7) Ep. Meten., † 1607 Nov. 24.

Argolicen.

1) AC 3 f. 66'.

2) Inde ab ao. 1534.

3) A. 1482 promoto.

4) In minoribus const., nobilis.

5) Dubitatur, an dicta eccl. expediri debeat potius pro titulari, quia narrabatur esse i. p. i.

6) Sch. Ind. 479: Jul. II a. 9 t. 12 p. 318, quod vol. desideratur.

7) Dioec. Veronen, JUD., not. aplic., in signatura referend., praelatus domest. S. S. (suffr. Paduan. card. Pisani (III, 38), ep. Paduan.). Lat. 1600 f. 237: Ut a quocunque . . .

8) Ad resid. non tenetur.

9) Ad resid. non tenetur. — Sch. Ind. 479: 1553 Oc. 27 fit suffr. Paduan. — 1553 Dec. 20 eid. prorogatur ad alium annum expeditio literarum.

10) Sch. Ind. 479: 1563 Nov. 11 *Hieron.* ep. aderat conc. Trident.

11) Liceat ei coadiuvare in pontificalibus fratrem suum ep. Sarsinaten., cui alias a Paulo IV datus est coadj. cuique a. 1580 succedit. — Disp., quod non est doctor.

Arianen.

1) AC 9 f. 46 (ao. 1561). Ao. 1499 (Sch. Ind. 479): T. fl. 33⅓, Ao. 1611 (l. c.): T. fl. 200.

2) A. 1498 ab eccl. Civ. Castelli ad Arianen. translati.

3) In minoribus const., in 21. ao., nobilis, postm. S. R. E. card. (IX, 4). Disp. super def. aet. et quoad sacros ord. — Sch. Ind. 479: 1556 Jan. 30 *Diomedi* card. de Ariano conced. ind. conferendi benef. — Idem erat commend. mon. b. M. de Positano Amalfitan.

4) De expedit. liter. fuit facta gratia. — 1561 Oct. 30 *Octavianus* ep. advenit Tridentum, 1562 Jun. 25 ibi orationem (homiliam) habuit et 1562 Febr. 17 deputatur pro indice librorum prohib.

5) Praesent. a rege cath. — Sch. Ind. 379: 1567 Oct. 28 *Donatus* ep. per procurat. visitat limina.

6) Praesent. a rege cath. — Reserv. pens. ann. 600 duc. pro personis nominatis seu nominandis. † 1602 Dec. 20.

Arien.

1) AC_1 1 f. 132 (ao. 1520). Ao. 1497 (Sch. Ind. 479): T. fl. 33⅓. Ao. 1537 (AC_1 4 f. 47): T. fl. 200; ao. 1538 (AC_1 4 f. 66'): T. fl. 33⅓.

2) 1520 Jun. 1: S. S. univit ecclesiae Arien., quae est tenuissima, ecclesiam Chissamen. in eadem ins. Creta, vacantem per decessum Dominici de Aleppo, in favorem Barth. ep. Arien.; item 1526 Oct. 17 ecclesiam Chironen. in ead. ins. — Lat. 1542 f. 225: 1523 Nov. 26 eidem Barth. ep. conced. pens. ann. 100 duc. super can. et praeb. eccl. Creten. vac. per electionem electi Chironen. et 100 duc. super fruct. mensae ep. Chironen. — AC_1 2 f. 115: 1526 Oct. 17 eccl. Arien. et Chironen. S. S. univit (cum dismembratione ab ecclesiis Hierapetren. et Monobasien. pinguioribus) et eccl. Chironen. defuncto moderno ep. concedit Bartholomaeo ep. Arien. ad vitam. L. c. f. 128: 1527 Febr. 18 dicta unio confirmatur cum consensu Francisci ep. Chironen. — Sch. Ind. 479: 1535 Aug. 21 *ep. Arien.* deputatus ad cantandum evang. Graecum in capella papali. — 1536 Dec. 15 Pauli III breve, quo *Bartholomaeo* ep., proviso de eccl. Castellaneten. cum facult. utramque eccl. retinendi, conc. facult. cap. possess. lit. non. exped.

3) Desideratur apud *Gams* 403. — Sch. Ind. 479: 1556 Febr. *Marcus* ep. in Urbe degens.

4) Sch. Ind. 479: *O. Min.* (al. O. Pr.).

ob. Ludovici (1541)	**Franciscus** Frias[5]) O. S. A., Hispanus	1544 Nov. 14	AC_1 4 f. 201'
res. Francisci[6])	**Timotheus** Justinianus[7]) O. Pr., Graecus	1550 Jun. 27	AC_1 6 f. 48; AC 8 f. 159'
tr. Tim. ad Chien.	**Bartholomaeus** Chiapponius[8]), cler. Mantuan.	1564 Apr. 22	AC 9 f. 95

Ariminen. (Rimini) in Italia media, immed. subj. (R. fl. 1200, T. fl. 400).[1])

tr. Vinc.[2]) ad Neapolit.	**Simon** Bonadies[3]), ep. Imolen.	1511 Febr. 10	Barb. lat. 2876 f. 79
ob. Sim. (1518 Jan. 18)	**Fabius** (Cerri) de Anguillara[4]), domic. Roman.	1518 Jan. 24	AC_1 1 f. 44
ob. Fabii	**Franciottus** card. de Ursinis (III, 31), *admin.*	1528 Mart. 23	AC_1 2 f. 138'
res. Franciotti[5])	**Antonius** M. card. de Monte[6]) (II, 20), *admin.*	1529 Apr. 7	AC_1 2 f. 148'
res. Antonii[7])	**Ascanius** Parisanus[8]), el. Cajacen.	1529 Maii 24	AC_1 2 f. 149'
ob. Asc. card, (1549 Apr. 3)	**Julius** Parisanus[9]), cler. Camerinen.	1550 Oct. 3	Sch. Ind. 479
ob. Julii	**Joannes** Bapt. Castellius[10]), pbr. Bononien.	1574 Mart. 29	AC 10 f. 147'
ob. Joannis (1583 Aug. 22)	**Vicentius** Torfaninus[11]), diac. Bononien.[12])	1584 Nov. 28	AC 10 f. 342'
ob. Vincentii (1591 Feb. 13)	**Julius** Caesar Salicinus[13]), cler. Bononien.	1591 Apr. 5	AC 11 f. 164 seq.
ob. Julii (1606 Oct. 11)	**Berlingerius** Gipsius[14])	1606 Nov. 13	Sch. Ind. 479

Armachan. (Armagh) in Hibernia, metrop. (R. fl. 4000, T. fl. 1500).[1])

. . . .	**Octavianus** de Palatio, Florentin., coll. aplic. in Hibernia	1478 Jul. 3	Eubel II² 95
ob. Octav. (1513 Juni)	**Joannes** Kyte, can. Saresbirien.[2])	1513 Oct. 24	H I 312 seq. (5069-78)
tr. Joan. ad Carleolen.	**Geórgius** Crowmer, cler. Cicestren.[3])	1521 Oct. 2	AC_1 1 f. 172, 179'
dep. G.[4]) († 1542 Mart. 16)	**Robertus** Wauchop[5]), cler. s. Andreae, *admin.*	1539 Jul. 23	AC_1 4 f. 87; Sch. Ind. 479
ob. Rob. (1551 Nov. 10)	**Georgius** Douwdale O. Crucifer.[6])	1553 Mart. 1	AC_1 6 f. 142, 154'
ob. G. (1558 Aug. 15)	**Donatus** O'Taig[7]) (Guilelmus), pbr. d. Limericen.	1560 Feb. 7	AC_1 8 f. 13 seq.
ob. Donati (1562)	**Richardus** Creagh[8])	1564 Mart. 22	AC 9 f. 94; AC_1 8 f. 156
ob. Rich. (1585 Oct. 14)	**Edmundus** Mac-Gauran[9]), ep. Ardachaden.	1587 Jul. 1	AC_2 14 f. 88; AC 11 f. 65'
ob. Edm. (1594 Feb. 15)	**Petrus** Lombardus († 1625)	1601 Jul. 9	Sch. Ind. 479

Arosien. (Westeraes) in Suecia, suffr. Upsalen. (R. fl. 500, T. fl. 250).[1])

ob. Ottonis Boynstruet[2])	**Petrus** Magnus O. s. Salv. et s. Brigidae[3])	1524 Apr. 27	AC_1 2 f. 23 seq.
ob. Petri	**Henricus** O. Pr. (primus haeresis Luth. fautor)	1535	Sch. Ind. 479

[5]) Cf. not. 3. — [6]) Reserv. ei denominatio, quam 1556 Febr. in Urbe degens resignavit (Sch. Ind. 479).

[7]) AC_1 6 f. 102': 1551 Oct. 5. Ad vitam Timothei ep. unitur ecclesiae Arien. ecclesia Calamonen. — 1552 Apr. 22 (Sch. Ind. 479) *Timotheo* ep. Arien. conced. facult. cap. possess. eccl. Calamonen. literis non exped. — 1556 Febr. *Timotheus* ep. in Urbe degens. — 1562 Jan. 18 id. aderat Tridenti in conc.

[8]) Desid. apud *Gams* — Salva pens. antiqua 50 scut. aur. pro Vincentio Quirino, cler. Venetiarum.

Ariminen.

[1]) A_1 f. 44. — [2]) Carafa, a. 1497 in admin. et successive in ep. Ariminen. promoti.

[3]) Sch. Ind. 479: 1514 *Simon* ep. vicelegatus Marchiae.

[4]) Sch. Ind. 479: 1519 pro *Fabio* el. prorogatio expedit. liter. — Id. erat vicelegatus Marchiae. — 1527 Apr. 16 pro eod. facultas cap. possess. literis non expéditis.

[5]) Reserv. ei pens. 700 duc. et regr. — [6]) Absque eius consensu eccl. Ariminen non potest resignari in favorem alterius.

[7]) A. 1529 Maii 24. Reserv. ei regr., fructus et coll. benef.

[8]) Postm. S. R. E. card. (VI, 35). — Sch. Ind. 479: 1534 *Ascanius* ep. erat magister domus. — Eod. ao. cessit canonicatui Pisan. — 1534: Id. fit thesaurarius gen. — 1534: Eid. in comm. abbatia colleg. b. M. oppidi Tongren. (d. Leodien.). — 1535: Id. cessit can. eccl. s. Dionysii. — 1535 Jul. 23: Eid. can. eccl. s. Servatii Traiecten. (d. Leodien.). — 1536: Id. erat commendat. mon. s. Laur. de s. Severino et b. M. de Rambona (d. Camerinen.) — Eod. ao. fit scriptor lit. aplic. per obitum, quod off. res. 1538 Oct. 12. — 1539 Febr. 18 eid. conced. ind. confer. benef. — 1542 Jan. 27 idem fit legatus Umbriae. — 1543: protector O. Servor.

[9]) AC_1 6 f. 217: 1554 Dec. 8 Julius ep. dubitat de provisione sua; quamobrem de novo ei providetur. — Sch. Ind. 479: 1556 Maii 15 iuramentum Julii ep. — 1556 Apr. 24 eid. ind. confer. benef. — 1562 Febr. 26 aderat conc. Trident., quo 1562 Jan. 31 advenit.

[10]) Vic. gen. aep. Mediolanen. Disp. sup. def. natal. — Reserv. pens. ann. 1000 scut. aur. pro card. Madrutio (X, 17). — Gratia facta est iurium s. coll. — Sch. Ind. 479: 1578: Id. deputatur visitator ecclesiarum civitatis et dioec. Lucan. — 1583: Id. nuntius aplic. in Gallia. — 1583 Mart. 28 S. S. *Joanni Bapt.* ep., nuntio aplic., concedit fac. absolvendi quoscumque ab haeresi. — 1583 Jul. 4 breve Gregorii XIII, quo *ep. Ariminen.* committitur visitatio ecclesiarum Meten., Tullen. et Virdunen. — [11]) Reserv. pensiones ann. 1000 scut. pro personis per S. S. nominandis.

[12]) Disp. quoad sacros ordines.

[13]) Reserv. pens. ann. 1000 scut. pro pers. nominanda. — Disp. quod nondum VI menses est sacris ord. initiatus. — Prov. gratis.

[14]) Res. 1619, S. R. E. card. 1626, † 1639 Apr. 6.

Armachan.

[1]) AC_1 1 f. 179'.

[2]) Et de Credyngton (d. Exonien.) can. ac rector p. e. s. Stef. in Walbruck (d. Londonien.) — H I 313 (5078): 1513 Oct. 25 Ut a quocunque . . . — L. c. 351 (5599 seq.): 1513 Dec. 2 S. S. Joanni el. scribit de pallio per mag. Al. de Gibraleon instanter postulato.

[3]) Capellanus regis Angliae et ad eius supplic. promotus. — AC_1 1 f. 181': 1521 Oct. 25 pallium conced. aepo. el., postulante Justino de Carosiis, advoc. consist., praesente procuratore. — Sch. Ind. 479: 1522 pro *Georgio* aep. retentio magistratus collegii al. cantoriae nuncupatae et parochialium Londonien.

[4]) Qui (sub Henrico VIII defensore fidei) haeresi infectus et ob pessimam vitam diffamatus erat.

[5]) Mag. theol. — AC_1 4 f. 218: 1545 Mart. 23 pall. conc. aep., postulante Burgundio Griffo Pisano, adv. consist. — Erat debilitatem visus patiens. — Sch. Ind. 479: 1545 Dec. 13 *Robertus* aep. adfuit conc. Trid. — 1549 Mart. 24 proficiscitur de Curia ad suam ecclesiam. — 1550 Nov. 5 eid. confirmantur facultates a Paulo III ei tamquam legato concessas. — 1551 Apr. 6 constituitur nuntius aplic. pro Hibernia.

[6]) Prior prioratus de Atrio Dei (d. Armachan.). — 1553 Jan. 23: Clericus quidam sine provisione sedis aplic. in illius eccl. regimine se immiscuerat. Negotium remissum est ad proximum consistorium ad informationem — AC_1 6 f. 254': 1555 Aug. 23 pallium conced. aepo.

[7]) Alias: Mac Taig. Exped. liter. gratis. — AC_1 8 f. 27: 1560 Mart. 27 pallium conced. aep. el., postulante card. Morono (VI, 40), praesente Donato ipso.

[8]) Pbr. Limericen., bacc. theol. Exped. gratis. — Proposita est 1564 Mart. 1 (AC_1 8 f. 154'). — AC_1 8 f. 161 (AC 9 f. 97): 1564 Maii 12 pallium conced. aepo., ipso petente. Traditur gratis.

[9]) Prov. gratis. — AC 11 f. 67': 1587 Aug. 7 pallium conced. aepo. praesenti.

Arosien.

[1]) AC_1 2 f. 23. — [2]) Qui cum multis canonicis in mari mersus est fugiens iram regis Daniae; sec. *Gams* 341 † „in vinculis" a. 1522.

[3]) Lic. decr., postulatus a cap. Inter hunc et Ottonem *Gams* 341 recenset Petrum Jacobi ad annos 1522—27, postea capite truncatum. — Petro ep. mortuo (c. 1534) episcopatus cessat.

Artferten. (**Kerry**) in Hibernia, suffr. Cassellen. (R. fl. 60). [1])

ob. (?) Joannis [2])	**Jacobus** Cestardus Fysmor (Fitzmaurice) O. Cist. [3])	1536 Maii 15	AC₁ 4 f. 12
ob. Jacobi	**Michael** Gualterus, pbr. Hibernus [4])	1591 Aug. 9	AC 11 f. 171

Arusien. (**Aarhuus**) in Dania, suffr. Lunden. (R. fl. 300, T. fl. 63). [1])

res. Nicolai a. 70 nati [2])	**Avonus** Bilde (Ove Bille), mag. in theol. [3])	1520 Aug. 8	AC₁ 1 f. 137'
dep. Avoni (1536) [4])	*Episcopatus cessat*	. . . . . .	. . . .

Ascalonen. (**Ascalon**) in Palaestina, tit.

. . . .	**Radulfus** Heylesdon (suffr. Wigornien.)	1503	Eubel II² 96
. . . .	**Paulus** Huthen(ne) [1]), suffr. Maguntin.-Erford.	1509 Jan. 19	Lat. 1214 f. 117'
. . . .	**Joannes** Spiser [2]), pbr. Bambergen., dr. decr.	1518 Jan. 24	AC₁ 1 f. 44 seq.
. . . .	**Petrus** de Albo [3]), pbr. Claromonten.	1518 Jul. 23	AC₁ 1 f. 65
res. Joannes Sp. el.	**Melchior** Vaeltin [4]), pbr. (et suffr.) Constantien.	1518 Nov. 5	AC₁ 1 f. 72'
. . . .	**Joannes** Toldus (de Tholde), can. Waradien. [5])	1525 Jun. 19	AC₁ 2 f. 69'
. . . .	**Guilelmus** Duffid (Duffylo) O. Min., prof. theol. [6])	1531 Jul. 10	Lat. 1544 f. 42'
ob. Pauli (v. s. 1509)	**Martinus** (vel potius **Maternus**) [7])	1534 Jan. 19	Sch. Ind. 479
ob. Melch. (v. s. 1518)	**Jacobus** Eliner [8]) mag. art. (suffr. Constantin.)	1551 Jan. 19	AC₁ 6 f. 69
(ob. Materni)	**Wolfgangus** Westermegger (vel potius: Westermeyer) [9])	1551 Oct. 5	AC₁ 6 f. 103
. . . .	**Petrus** de Coderos [10]), dr. theol. (suffr. Valentin.)	1570 Feb. 10	AC 10 f. 58
ob. Jacobi (v. s. 1551)	**Balthasar** Wores, pbr. Constantien., bacc. theol. [11])	1574 Jul. 28	AC 10 f. 158'
ob. Wolfg. (v. s. 1551)	**Nicolaus** Elgardi, pbr. d. Treveren., dr. theol [12])	1577 Jun. 3	AC 10 f. 222'
ob. Nicolai	**Valentinus** abbas mon. ss. Petri et Pauli Erforden. [13])	1606 Jul. 31	Sch. Ind. 479

Asculan. (Ascoli-Piceno) in Italia media, immed. subj. (R. fl. 500, T. fl. 300). [1])

ob. Juliani [2])	**Laurentius** de Flisco [3]), ep. Brugnaten.	1510 Maii 24	Sch. Ind. 479
tr. Laur. ad Montisreg.	**Hieronymus** de Ginutiis [4])	1512 Oct. 16	Lat. 1261 f. 41
res. Hieronymi [5])	**Julius** card. de Medicis (III, 2), *admin.* [6])	1518 Jul. 30	AC₁ 1 f. 65' seq.
res. Julii	**Philos** de Roverella, el. Tolonen. [7])	1518 Sept. 3	Lat. 1400 f. 317
Phil. senesc.	**Lactantius** de Roverella, cler. Cesenaten. [8])	1550 Aug. 27	AC 8 f. 165; AC₁ 6 f. 56,
ob. Lactantii	**Petrus** Camaiani [9]), ep. Fesulan.	1566 Oct. 7	AC 9 f. 154'

Artferten.

[1]) Sch. Ind. 479.

[2]) Fitz-Geraldi a. 1495 promoti.

[3]) Vir religiosus, abbas mon. s. M. de Chirieleison O. Cist. (d. Artferten.), in 25. ao. const. — Disp. super def. aet. et nat. cum eo (genito ex religioso et soluta).

[4]) Disp. super def. oculi. — Cum retent. decanatus eccl. Dublinen. durante schismate in Hibernia. — Prov. gratis. — Dr. theol. — AC₂ 15 f. 43 (contra AC 11 f. 171) dicitur dispensari cum eo, „quod non est doctor."

Arusien.

[1]) AC₁ 1 f. 137'.

[2]) Claussen, a. 1490 promoti et 1531 Dec. 15 defuncti.

[3]) Diac. Roskilden., not. aplic. eiusd. sedis, can. Arusien., cancellarius et consiliarius Christiani regis Daciae et Norwegiae. Lat. 1399 f. 188: Ut a quocunque . . .

[4]) Dansk biografisk Lex. II 238 ff. († 1555 Apr. 10).

Ascalonen.

[1]) Can. eccl. b. M. Erfurden. (d. Maguntin.), dr. in decr., consecr. Romae in eccl. b. Mariae de Anima a. 1509 dom. Sexag. (25 Febr.). — Sch. Ind. 479: Ad resident. non tenetur. († 1532 Apr. 28; a. 1525/27 etiam epi. Herbipol. vicarium in pontific. generalem agebat).

[2]) Suffr. epi. Constantien. Reserv. ei pens. 200 duc.: 100 sup. fruct. mens. ep. Constantien., 100 sup. fruct. cuiusdam p. e. (d. Constantien. perpetuo unitae). — Ad resident. non tenetur.

[3]) Suffr. epi. Claromonten. Cum AC₁ 1 f. 72' ao. 1518 Nov. 5 huic sedi provideretur de pers. Melch. Vaeltin., vac. „per cessionem Joan. Spiser el.", duplex series epporum. Asc. ille tempore fuisse videtur. — Ad resident. ille Petrus non erat obligatus.

[4]) Alias Feldtlius. Ad resident. in eccl. Ascalon. non tenetur.

[5]) Nobilis ex utr., suffr. Jaurien. aut Waradien. Ad resid. non tenetur. — Lat. 1454 f. 148': Ut a quocunque . . .

[6]) Suffr. epi. Assaven. AC₁ 2 f. 188': 1531 Aug. 3 tempus petendae confirmationis prolongatur a VI ad X menses.

[7]) Bäcker seu Pistor, scholast. eccl. Erforden., suffr. Maguntin.-Erforden.

[8]) Ad resid. non tenetur. — Sch. Ind. 487. (s. v. Constantien.) *Jacobum* ao. 1560 tamquam ep. Ascalonen. afferunt.

[9]) Can. eccl. b. M. Erfurden. (d. Maguntin.), suffr. Maguntin-Erforden. — Ad resid. non tenetur. — Qui pontificalia exercebat pro aep. Maguntin. in oppido Erfurden. (AC 10 f. 222'), † 1568 Maii 31.

[10]) Cum assignatione pens. 300 duc. et retent. duarum capellan., quas obtinet.

[11]) Suffr. Constantien.

[12]) Suffr. Maguntin.-Erforden.; † 1587 Aug. 11.

[13]) Suffr. Maguntin.-Erforden.; † 1608 Oct. 21.

Asculan. (Ascoli-Piceno).

[1]) AC₁ 1 f. 65'. — Ao. 1550 (AC 8 f. 165; AC₁ 6 f. 56': R. fl. 1000, T. fl. 200.

[2]) Card. de Caesarinis (I, 16), cui illa ecclesia 1500 Febr. 14 commissa erat.

[3]) Monasteria s. Steph. et s. Fructuosi de Capitemontis retinet (T. fl. 66 et 66²/₃). — 1511 Aug. 7 *Laurentio* ep. provisio de mon. b. M. Vallispontis O. S. B. (d. Perusin.); 1511 Oct. 13 obtulit ob illam provis. fl. 133¹/₃. — 1510: Pro eod. officium secretariatus aplic.

[4]) Can. Senen., gratiar. et literar. aplic. scriptor et secret., auditor gener. caus. curiae aplic., postea card. (VI, 4). — Sch. Ind. 479: 1514 Maii 15 Leo X confirmat exemptionem *Hieronymo* ep. a metropolitano concessam, qui visitat limina personaliter.

[5]) Reserv. ei nomen epi. Asc. — Lat. 1365 f. 102: 1518 Aug. 3 Hieronymo ep. in C. R. residenti S. S. scribit de beneficiis.

[6]) Desideratur apud *Gams* 668.

[7]) Gubernator Urbis. Lat. 1400 f. 319': Ut a quocunque . . . — Sch. Ind. 479: 1521 Dec. 2 *ep. Asculan.* nuntius constituitur ad regem Angliae. — 1546 Apr. 8. — 1547 Jan. 13 id. aderat in conc. Tridentino. — 1549 Nov. 11 *Philos* ep. fit gubernator Urbis et districtus. — 1550: Id. erat commend. prioratus s. Joan. prope muros Gebennen. O. Clun.

[8]) JUD., nobilis, nepos Phil. epi., in 27. ao. const., coadj. c. i. s. — Sch. Ind. 476: (1550 Aug. 27) Ut a quocunque . . . — 1551 Nov. 1 consecratur ep. — 1561 Oct. 22 advenit Tridentum. — Disp. super def. aet.

[9]) Ex fruct. mensae ep. 1000 tantum duc. percipit; reliqua S. S. sibi reserv. pro personis nominandis.

ob. Petri (1579 Juli 27)	**Nicolaus** Aragonius, ep. Ripan.[10])	1579 Aug. 3	AC 10 f. 273' seq.
ob. Nicolai (1586 Juli)	**Hieronymus** Bernerius O. Pr.[11])	1586 Aug. 22	AC 11 f. 45'; AC2 14 f. 57
res. Hieronymi card.[12])	**Sigismundus** Donati, ep. Venusin. († 1641)	1605 Jan. 7	Sch. Ind. 479

Asculan. (Ascoli-Puglie) in Italia infer., suffr. Beneventan. (R. fl. 66)[1])

res. Josue[2])	**Agapitus** de Gaeta[3])	1509 Maii 23	Sch. Ind. 479
ob. Agapiti (1512)	**Josue** de Gaeta iterum	1513 Maii 18	
res. Josue[4])	**Joannes** Franc. de Gaeta, cler. Neapolitan.[5])	1517 VI 1 (V 28)	Lat. 1342 f. 279'
ob. Joan. (1566 Nov. 10)	**Marcus** Landus, pbr. Venetus, dr. theol.[6])	1567 Aug. 22	AC 9 f. 169'
ob. Marci (1593)	**Franciscus** Bonfilius a Gualdo O. Min. († 1594)	1593 Maii 31	Sch. Ind. 479

Asloen. seu **Osloen.** (Aslo, Oslo) in Norwegia, suffr. Nidrosien. (T. fl. 50).[1])

ob. Herlani Cornitig[2])	**Andreas** Mus	1505 Oct. 24	Sch. Ind. 479
res. Andreae (1521)	**Joannes** Mule, el.	1521	Gams 336
ob. Jo. (1524 Sept. 24)	**Joannes** Reff	1525	
Joan. apostata (c. 1537)	*Episcopatus cessat*	. . . . . .	. . . .

Assaven. (St. Asaph) in Anglia, suffr. Cantuarien. (R. fl. 2000, T. fl. 470)[1])

ob. Davidis[2])	**David** de Owen O. Cist.[3])	1503 Dec. 18	Lat. 1129 B f. 261
ob. Davidis (1513)	**Raimundus** (Edmundus) Birkhead (Brokehed)[4])	1513 Apr. 16	Sch. Ind. 479
ob Edm. (1518 Apr.)	**Henricus** Standish O. Min. Conv., prof. theol.[5])	1518 Maii 28	AC1 1 f. 59'
ob. Hen. (1535 Jul. 9)	**Robertus** Warton al. Parfew[6])	1536 Jul. 2	Gams 160
tr. Rob. ad Hereforden.	**Thomas** Goldwell[7]), cler. Assaven.[8])	1555 Jun. 21	AC1 6 f. 248

Assisi(nat)en. (Assisi) in Italia media, immed. subj. (R. fl. 500, T. fl. 200).[1])

res. Jeremiae[2])	**Zacharias** Contugi	1509 Dec. 16	Gams 669
ob. Zach. (1526 Jan. 15)	**Silvius** card. Passarinus (III, 24), *admin*,	1526 Jan. 19	AC1 2 f. 89'
ob. Silvii (1529 April 20)	**Angelus** Martius de s. Geminiano[3])	1529 Nov. 10[1])	AC1 2 f. 157'
res. Angeli[5])	**Angelus** Archilegius[6]) de Ameria	1541 Febr. 4	AC1 4 f. 120
ob. Angeli (1543 Maii 2)	**Ludovicus** Magnascus de s. Flora, ep. Castren.[7])	1543 Jul. 6[8])	AC1 4 f. 172
ob. Ludovici	**Tiberius** de Mutis, Romanus, ep. Hieracen.	1552 Mart. 9	AC1 6 f. 119
res. Tiberii[9])	**Galeatius** Roscius, Interamnensis[10])	1554 Oct. 8	AC1 6 f. 209

---

[10]) Et Marchiae gubernator. Reserv. pensio ann. 1000 scut. pro card. Prospero Sanctacrucio (X, 30).

4) Qui 1521 Aug. (defuncto illo card.) obligatur ad solv. ann. pens. 3000 duc. Francisco de Mendoza, camerario S. S. (AC 2 f. 175) et 1526 Dec. 17 ad solv. pens. 1000 duc. Joanni filio comitis de Benavento, clerico Oveten. (AC 3 f. 122'); 1531 Oct. 7 visitat limina per procur. (Sch. Ind. 487).

5) Praesent. a caesare, reserv. ann. pens. sing. 1000 duc. pro Joa. Pimentel et epo. Caurien.

6) Inter eum et success. Sebast. apud *Gams* 31 insertus est „**Franciscus** de Onteniente, † possess. non adit.“

7) Reserv. ann. pens. duc. 1000 pro Jo. Pimentel, 1000 pro card. de Gambara (VI, 31), 800 pro card. de Sabellis (VI, 38), 700 pro card. s. Marcelli (VI, 36), 1000 pro Steph. Almeida ep. Astoricen. et sing. 400 pro duobus aliis nominatis.

8) Praesent. a caesare, reserv. duc. 1000 Jacobo card. ss. Cosmae et Dam. (VI, 38), 400 Julio de Vitellis cler. Civ. Castelli (v. supra inter epos. Civ. Castelli), milite s. Petri, et sing. 300 Alvaro de Mendoza et duobus capellanis caes. maj.

9) Praesent. a caesare, reserv. pens. 1000 duc. personis a S. S. nominandis, ipsi tamen caesari gratis.

10) Reserv. pens. 500 duc. ut nota praeced.; cui, confessori regis Hisp., de exped. (litt. provis.) facta est gratia et concessa fac. habendi secum 3 vel 4 fratres Min. in habitu tamen regulari (Sch. Ind. 486).

11) Apud *Gams* 31 minus recte: Didacus.

12) Causarum s. palatii rotae auditor, nomin. a rege cath., reserv. pens. 800 duc. super fruct. eccl. Canarien.

13) Praesidens consilii regii, nomin. a rege cath.

14) Nomin. a rege cath., reserv. pens. 2500 duc. Antonio ep. Pacten. et sing. 1000 fl. 4 aliis personis.

15) Nomin. a rege cath., reserv. pens. 5200 duc. personis nominatis, qui cum antiquis $\frac{1}{3}$ fruct. non excedunt.

16) Praesent. a rege cath., reserv. pens. 1550 duc. personis nominatis.

Concordien.

1) Sch. Ind. 487.

2) A. 1488 ab eccl. Tragur. ad Concord. tr., † 1506.

3) Die 10 Mart. 1511 in S. R. E. card. (II, 23) promotus, qui 1509 Jul. 27 pro mon. s. Benedicti Stronconien. dioec. Narnien. 1509 Jun. 11 sibi commend. obtulit $33\frac{1}{3}$ fl.

4) Qui solvit serv. comm. 1512 Apr. 24 et 1514 Apr. 10 limina per procur. visitat; 1524 Oct. 6 Clemens VII ei fac. concedit trahendi in judicium ad civit. Venet. delinquentes subditos, de consensu tamen patr. Aquilegen. aut patr. Venet.

5) Ad cujus inst. 1535 Jun. 6 Joannes Grimanus, nepos, coadj. (sine spe success.) instituitur (AC 4 f. 85).

6) Reserv. admin. et regr.

7) Nepos illius card. ex sorore, in 18. a. const., usque ad 27. admin., reserv. $\frac{1}{2}$ fruct. pro Julio de Grimanis, cler. Venet., altero nepote ipsius card.

8) Salva pens. $\frac{1}{2}$ fruct. pro Julio Grimano.

9) Salva pens. $\frac{1}{2}$ fruct. pro Julio Grimano; qua cessante applicantur 100 duc. officio inquisit. civ. Aquilegen.; res. a. 1616.

Condomien. (Condom) in Gallia, suffr. Burdegalen. (R. 6000 fl., T. 2500 fl.[1])

. . . .	**Joannes** de la Marre, in possess.[2])	1497 Jan. 23	Gams 540
ob. Jo. (1521 Oct. 13)[3])	**Erardus** de Grossoles de Flamareus, el.	1521 Oct. 19	
ob. Er. (p. 1544 Febr. 19)	**Carolus** de Pisseleu, el. Mimaten.[4])	1545 Jun. 15	AC 5 f. 233'
ob. Caroli (1564)	**Robertus** de Gontaut, presb. Caturcen.[5])	1565 Jul. 6	AC 7 f. 123'
ob. Rob. (1569 Aug. 25)	**Joannes** de Monteluco, miles O. s. Joh. Hieros.[6])	1570 Dec. 11	AC 15 f. 79
Joanni senesc.[7])	**Joannes** Duchemin, cler. Lemovicen., coadj.[8])	1581 Jul. 10	AC 15 f. 310

Conen. tit.

certo modo	**Joannes** Bis(co)pinck, suffr. Monasterien.[1])	1537 Jan. 26	AC 5 f. 23'

Conovien.[1]) seu **Cunavien.** (Konavlje) in Dalmatia, suffr. Duracen., tit.

certo modo	**Bernardinus**	1512	Sch. Ind. 487
certo modo	**Dionysius** de Regatiis, apresb. Montispolitan.[2])	1517 Mart. 23	AC 2 f. 3'
ob. Dionysii	**Opicinus** de Gentilibus, cler. Alexandrin.[3])	1518 Apr. 12	AC 2 f. 53
ob. Opicini	**Joannes** Maria de Biglionibus[4])	1528 Nov. 27	AC 3 f. 144'
. . . .	**Gaspar** O. Praed., ad resid. non tenetur	1529 Maii 25	AC 3 f. 150
. . . .	**Joannes Bapt.** de s. Nazario[5])	. . . . . .	AC 5 f. 189'
ob. Jo. B. de s. Naz.	**Petrus Franc.** de Nobilibus de Montepolitiano[6])	1544 Jun. 25	
. . . .	**Hieronymus** de Rubeis, suffr. Papien.	1560 Sept. 4	AC 7 f. 57'

Consan. (Conza) in partibus Neapolit., metrop. (R. 800 fl.[1]), T. 200 fl.)[3])

res. Francisci[3])	**Camillus** Gesualdus, protonot. apost.[4])	1517 Sept. 11	Lat. 1399 f. 258'
res. Camilli[5])	**Andreas Matth.** card. Palmerius (V, 8), *admin.*	1535 Jun. 14	AC 4 f. 86
res. Andreae card.[6])	**Trojanus** Gesualdus, cler. Consan.[7])	1535 Jul. 16	Lat. 1615 f. 286
ob. Trojani (1539)	**Nicolaus** card. de Sermoneta (VI, 20)[8])	1539 Aug. 8	Sch Ind. 487
tr. Nic. ad Capuan.	**Marcellus** card. Crescentius (VI, 41),[9]) *admin.*	1546 Maii 5	AC 8 f. 12, 5 f. 262'
ob. Marc. (1552 Jun. 1)	**Ambrosius** Catherinus, ep. Minoren.	1552 Jun. 3	AC 6 f 126
ob. A. C. (1553 Nov. 8)	**Hieronymus** Mozzarellus O. Praed.[10])	1553 Dec. 11	AC 6 f. 179'
ob. Hier. (1561)	**Alfonsus** card. Gesualdus (X, 9), *admin.*[11])	1561 Apr. 14	AC 7 f. 81'
res. Alf. card.[12])	**Salvator** Caraccioli, presb. Neapolit.[13])	1572 Nov. 19	AC 15 f. 118
ob. Salv. (m. Nov. 1573)	**Marcus Antonius** Piscarius, cler. Neapolit.[14])	1574 Mart. 15	AC 15 f. 146
ob. Marci Ant. (1584)	**Scipio** Gesualdus, subdiac. Neapol.[15])	1584 Nov. 28	AC 18 f. 12'

Condomien.

1) AC 2 f. 221.

2) A sede apost. admin. eccl. Condom. per ob. Joannis de Grolaie card. s. Dionysii († 1496) vac. Amanevo de Lebreto, protonot. apost., postm. S. R. E. card. (I, 26), comissa est 1499 Oct. 15 (Sch. Ind. 487), qui quidem possessionem ipsius eccl. adipisci non potuisse videtur.

3) Per cujus ob. ecclesiae Condom. vac. a sede apost. Franciscus de Mombitiis, can. Bajocen., praefectus est in epum. (AC 2 f. 221); sed neque is possess. ipsius eccl. adipisci potuisse videtur.

4) Nomin. a rege Fr., in 23. a. const., admin. usque ad 27., cui conced. fac. retinendi mon. s. Albini et s. Petri de Burgolio O. s. Ben. dioec. Andegaven.

5) Nomin. a rege Fr., reserv. ann. pens. 6000 libr. Turon. (ad 1/2 fruct.) pro Ludovico card. de Guisia (VII, 18).

6) JUD., nomin. a rege Fr., quocum dispens. super def. aet., utpote in 28. a. const., quae tamen aetas legitima judicatur iuxta concordata Galliae, quibus a concilio Trid. non est derogatum, necnon super eo, quod a 4 mensibus citra tantum est in diac. ordine et quod, cum militaverit tamquam eques Hieros. contra haereticos, potuit sanguinem effudisse; salva pensione 6000 franc. pro card. de Guisia. Gratia ei fit per fabas de 1/4 jurium (s. coll.).

7) Reserv. ann. pens. 3000 aur. (ad 1/2 fructus).

8) JUD., nom. a rege Fr.; † 1616.

Conen.

1) Cfr. librum, quem *A. Tibus* de episcopis auxil. Monasterien. 1862 Monasterii edidit, pag. 55—64. Cf. infra in Append. I s. v. Monasterien. Dubitari non potest, quin hic Jo. Biscopinck ep. Acconen. fuerit et in serie episcoporum Acconen. recensendus sit, quia in documentis originalibus et ep. Accon. et ep. Con. se nominat.

Conovien.

1) Sic in actis consist., e quibus provisiones quae hic sequuntur depromptae sunt, semper scribitur.

2) Cui fac. conced. retinendi beneficia eccl. ad valorem 300 duc.

3) Praepos. Terdonen., JUD., de nobili genere ex utroque par. procr., cum retent. benef. valoris 100 duc., cui fac. „ut a quocumque" (Lat. 1400 f. 293', cfr. 291); 1519 Apr. 9 se obligat pro exped. litter. apost. suae provis. et pro retent. mon. s. Pauli Terdonen. (Sch. Ind. 487).

4) Deputatur suffr. Papien.

5) Sec. Sch. Ind. 487 S. P. 1576 Febr. 11 Joanni Bapt. ex nobilibus de s. Nazario el. Conovien. munus consecr. impendi iubet; aut igitur de altero J. B. de Naz. agitur aut numerus illius anni corrupte scriptus est, ita ut forsan 1526 vel 1536 loco 1576 legendum sit.

6) Suffr. Papien.

Consan.

1) AC 2 f. 29', alias 600 duc. (AC 4 f. 86, 5 f. 262', 6 f. 179', 8 f. 12.

2) AC 2 f. 29', 4 f. 86, 5 f. 262'.

3) De Comitibus (alias: dei Domicelli), a. 1494 in aep. Consan. et 1517 Jul. 1 in S. R. E. card. (III, 9) promoti, † 1521 Jul. 4.

4) Secret. et famil. S. S., in 25 a. aet. et in minor. ord. const., admin. usque ad a. 28. (cfr. AC 2 f. 29'); cui 1530 Dec. 14 conced. pallium (AC 3 f. 177).

5) Reserv. regr. et denomin.

6) Reserv. regr. (AC 4 f. 87).

7) In 24. a. aet. et in minor. ord. const., cui conced. fac. „ut a quocumque" (Lat. 1615 f. 291) et 1537 Aug. 31 pallium (AC 4 f. 120 et 5 f. 41').

8) Cui 1539 Aug. 15 conced. fac. capiendi possess., litt. non exped., et 1540 Jan. 26 prolong. tempus exped. (Sch. Ind. 487).

9) Episc. Marsican., cui 1549 Mart. 28 indultum confer. beneficia (Sch. Ind. 487).

10) Reserv. ann. pens. 200 scut. pro personis a S. S. nominandis; 1553 ille Hier. legatus mittitur ad Carolum V et 1553 Dec. 22 ei conced. fac. capiendi possess., litt. non exped. (Sch. Ind. 487).

11) Quocum dispens. super def. aet. (AC 7 f. 153); 1564 Mart. 1 fit aepus. et Apr. 28 obtinet pallium (AC 9 f. 92' et 7 f. 159').

12) Reserv. fruct. et collat. benefic.

13) Praepos. clericorum regul. s. Silvestri de Urbe, cum assign. pens. ann. 1000 duc. pro electo; cui fit gratia jurium s. collegii, et 1572 Nov. 26 eidem praesenti conced. pallium (AC 15 f. 119').

14) S. S. referend., cum retent. mon. b. M. de Aquaformosa (cura et conventus carentis) dioec. Cassanen., cui 1574 Mart. 2 conced. pallium (AC 15 f. 147).

15) Salva antiqua reserv. fruct. pro card. Gesualdo et certa pens. (pro electo), quocum dispens. quoad tempus recip. sacros ord.; 1585 Jan. 23 ei conced. pallium (AC 18 f. 18'), † 1608.

Conseranen. (Conserans, S. Lizier) in Gallia merid. (R. 3000 fl.[1]), T. 1000 fl.)[2])

tr. Joannis[3]) ad Lascur.	**Amane(v)us** card. de Albreto (I, 26). *admin.*[4])	1515 Jun. 20	H II 119 (16035)
cess. Am. card.[5])	**Carolus** (de Grammont), el. Appam.[6])	1515 Jun. 25	H II 123 (16117/19)
tr. Car. ad Aduren.[7])	**Gabriel** de Grammont (Acromonte)	1523 Apr. 28	AC 2 f. 215'
tr. Gabr. ad Tarvien.	**Menaldus** (de Martory), ep. Tarvien.[8])	1524 Sept. 19	AC 3 f. 39'
ob. Menaldi (1548)	**Hector** de Ossuno, cler. Tarvien.[9])	1549 Mart. 13	AC 8 f. 126'
ob. Hect. (1574 Sept. 30)	**Franciscus** Bonardus O. Min. Obs.[10])	1581 Nov. 6	AC 15 f. 313
ob. seu res. Francisci	**Hieronymus** de Lingua (Langue) O. Min. Obs. († 1612)	1593 Jan. 29	Sch. Ind. 487

Constantien. (Konstanz) in Germania, suffr. Maguntin. (T. 2500 fl.)[1])

res. Hugonis (1529)[2])	**Balthasar** (Maerklin), praepos. ips. eccl.	1530 Mart. 9	AC 3 f. 165
ob. Balth. (1531 Maii 28)	**Hugo** de Hohenlandenberg, olim ep. Const.[3])	1531 Aug. 30	AC 3 f. 188'
ob. Hug. (1532 Jan. 7)	**Joannes** de Lupfen, custos ips. eccl., el.[4]), prov.	1533 Dec. 16	AC 4 f. 62'
res. Joannis de L. el.	**Joannes** de Wetza, el. aep. Lunden. et ep. Roskild.[5])	1538 Jul. 14	AC 5 f. 61'
ob. Jo. (1548 Jun. 13)	**Christophorus** Metzler de Andelberg[6])	1549 Mart. 20	AC 8 f. 128
ob. Chr. (1561 Sept. 11)	**Marcus Sitticus** card. de Hohenems (Alta Ems)[7]) (X, 7)	1561 Oct. 24	AC 7 f. 102'
res. Marci card.[8])	**Andreas** card. de Austria (XII, 3)[9])	1589 Jul. 31	AC 10 f. 182', 18 f. 121'
ob. Andr. (1600 Nov. 12)	**Joannes Georgius** de Hallwil († 1604 Jan. 11)	1601 Jun. 18	Sch. Ind. 487

Constantien. (Coutances) in Gallia occid., suffr. Turonen. (R. 4000 fl., T. 600 fl.)[1])

ob. Gaufridi Herbert[2])	**Adrianus** de Gouffier[3])	1510 Apr. 15	Sch. Ind. 487
tr. Adr. ad Albien.	**Bernardus** card. Bibiena (III, 3), *admin.*	1519 Sept. 9	AC 2 f. 105'
ob. Bern. (1520 Nov. 9)	**Federicus** de Fregosis, aep. Salernitan.[4])	. . . . .	} AC 3 f. 74'
cess. Federici[5])	**Renatus** de Bresche seu Tremovilla[6])	1525 Jul. 28	}
ob. Ren. (1529 Nov. 19)	**Philippus** de Cosse O. Clun.[7])	1530 Mart. 9	AC 3 f. 164
ob. Phil. (1548 Nov. 24)[8])	**Paganus** (le Sueur) de Esquetot[9])	1549 Jan. 9	AC 8 f. 121
ob. Pag. (1551 Dec. 24)	**Stephanus** Martel de Basqueville[10])	1552 Sept. 16	AC 6 f. 134'
ob. Steph. (1460 Maii 26)	**Arthurus** de Cosse, cler. Parisien.[11])	1560 Oct. 2	AC 7 f. 61'
ob. Art. (1587 Oct. 7) {	**Joannes** Lisles, ep. Rossen. in Scotia	1592 Dec. 16	} Sch. Ind. 487
	Nicolaus de Briroy, nom. 1589 Apr. 21[12])	1597 Sep. 15[13])	}

Constantien. (Constantia) in Africa, suffr. Carthaginen., tit.

certo modo	**Christophorus** Radelenes O. Praed.	1512 Jul. 30	Sch. Ind. 487
certo modo	**Joannes** de Salazar O. Min. Conv.[1])	1520 Maii 14	AC 2 f. 129
certo modo	**Joannes** Jubius, prof. theol.[2])	1542 Jun. 21	AC 5 f. 152'
certo modo	**Lucas** Ceratus, archipresb. Parmen.[3])	1553 Maii 17	AC 6 f. 163
certo modo	**Hieronymus** Beliardus, can. Parmen.[4])	1560 Mart. 13	AC 7 f. 24'

Conseranen.

[1]) AC 2 f. 215'; alias 2000 fl. (AC 3 f. 39).

[2]) AC 2 f. 215', 3 f. 39, 8 f. 126'.

[3]) D'Aule, a. 1475 promoti.

[4]) Pro quo rex Fr. suppl.

[5]) Reserv. quadam pensione cum commenda mon. s. Pauli de Neraco al. de Malovicino O. s. Aug. dioec. Lomberien. a Carolo success. resignati.

[6]) Diac., in 29. a. const., pro quo rex Fr. suppl. (H II 122 nr. 16105).

[7]) Reserv. ann. pens. 2000 libr. Tur.

[8]) Reserv. pens. 2000 libr. Tur. super fruct. eccl. Tarvien.

[9]) De nobili gen. ex utr., canonum professor; consecr. 1550 Jun. 17 (Sch. Ind. 487).

[10]) Pedemontanus, nomin. a rege Fr., concionator insignis (etiam Gallico idiomate).

Constantien. (Konstanz.)

[1]) AC 5 f. 61' et 8 f. 128.

[2]) De Hohenlandenberg, a. 1496 promoti. Qui 5 Jan. 1529 resignavit.

[3]) Ad solv. annatam non tenetur.

[4]) A capitulo, aliis electionem recusantibus, quare et propter damna et calamitates, quae eccl. Const. passa est a Lutheranis, facta est gratia annatae pro hac vice; cui Joanni prorog. tempus recip. munus consecr. 1533 Mart. 25, 1534 Dec. 14, 1537 Mart. 16 et 1537 Jun. 27 conced. fac. cedendi. Qui obiit 1551 Maii 8.

[5]) Postul. a capitulo, cui 1538 Jan. 27 prorog. est tempus procedendi ad elect., cum retent. eccl. Lunden.; 1539 Febr. 20 ei prorog. tempus consecr.

[6]) Can. Const., el. a capitulo.

[7]) In 29. a. const., el. a capit. (forsan minus rite, quare defectus suppletur).

[8]) Reserv. ann. pens. 9000 scut. auri.

[9]) Cum retent. coadj. eccl. Brixinen., ita tamen, ut defuncto episc. Brixinen. alteram eccl. dimittat, et dispens. super def. aet. (quo laborat electus, utpote in 27. a. const.), ita tamen, ut infra annum munus consecr. suscipiat.

Constantien. (Coutances.)

[1]) AC 2 f. 105' et 3 f. 74'.

[2]) A. 1478 promoti, † 1510 Febr. 1.

[3]) A. 1515 in S. R. E. promotus (III, 6).

[4]) Nomin. a rege Fr. (juxta concordata).

[5]) Et cujusdam **Angeli**, qui asseruit se habere ius in illa eccl.

[6]) Monachus O. S. B., qui mon. de s. Flavineo O. S. B. dioec. Aeduen. et s. Steph. Divionen. O. s. Aug. aliaque beneficia retinet cuique licet uti rocchetto et aliis indumentis episc. lineis, quibus uti solent episcopi saeculares; reserv. ann. pens. duc. 200 Perpetuo de Hermetis can. Remen., 500 aepo. Salern. et 600 domino Angelo supradicto.

[7]) Abbas mon. de s. Jovino de Marnis dioec. Pictaven., in 20. a. const., admin. usque ad 27., de nobili gen. ex utr. par. procr., pro quo rex Fr. suppl. (Lat. 1525 f. 224 et 227).

[8]) Per ob. ejus etiam vacant et illud mon. de Marnis et mon. s. Mellani dioec. Redonen., quae in commend. obtinebat.

[9]) Can. Rothomagen., de nob. gen. ex utr.

[10]) Rector paroch. eccl. b. M. de Stabulis dioec. Rothom., cui illa duo mon. per ob. antecessoris vac. commendantur (Sch. Ind. 487).

[11]) Nomin. a rege Fr.; in a. 27. const., super quo def. dispens., cum fac. retinendi mon. ss. Trinit. de Exequio O. S. B. dioec. Const.

[12]) Consecr. 1597 Dec. 7, † 1620 Mart. 22 (*Gams* 543).

Constantien. (Constantia.)

[1]) Mag. theol., ad resid. non tenetur.

[2]) Ad resid. non tenetur, suffr. epi. Barchionen.

[3]) Ad resid. non tenetur, suffr. epi. Parmen.

[4]) Ut not. 3.

Consentin. *v.* **Cusentin.**

Constantinopolitan. (**Constantinopolis, Stambul**), patriarch. rit. lat., tit. (R. 800 fl., T. 600 fl.)[1]

ob. Francisci[2]	**Marcus** card. Cornarus (I, 35)	. . . . . .	Lat. 1209 f. 203'
cess. Marci	**Thomas** card. Bakòcz (I, 34)	1507 Oct. 30	
ob. Thom. (1521 Jun. 11)	**Marcus** card. Cornarus, iterum	. . . . . .	AC 3 f. 34
ob. Marci (1524 Jul. 24)	**Aegidius** card. Viterbiensis (III, 28)	1524 Aug. 8	
tr. Aeg. ad Jadren.	**Franciscus** de Pisauro, aep. Jadren.	1530 Dec. 19	AC 3 f. 177'
cess. Francisci	**Marinus** card. Grimanus (V, 5)[3]	1545 Mart. 23	AC 5 f. 217
ob. Mar. (1546 Sept. 28)	**Ranutius** card. Farnesius (VI, 64)[4]	1546 Oct. 8	CA 6 f. 281, 8 f. 24
cess. Ranutii[5]	**Fabius** de Columna, ep. Aversan.	1550 Mart. 19	AC 6 f. 30, 8 f. 152
ob. Fabii (1554)	**Ranutius** card. Farnesius, iterum	. . . . . .	AC 9 f. 131'
ob. Ran. (1565 Oct. 29)	**Scipio** card. Rebiba (IX, 5)[6]	1565 Dec. 8	
res. Scipionis card.	(**Prosper** Rebiba) ep. Trojan., ejus nepos[8]	1573 Aug. 26	AC 15 f. 135

Convenarum (Cominges) in Gallia merid., suffr. Auxitan. (R. 9000 fl., T. 4000 fl.)[1]

ob. Joannis de Fuxo[2]	**Amanevus** card. de Albreto (I, 26), prov.	1499 Jul. 19	Act. consist. I, 76
	Galhardus de Hospitali, can. ips. eccl., el.[3]	1502 Jan. 14	Gams 539
cess. Amanevi[4]	**Ludovicus** Dourelle (Dourville), can. Clarom.[5]	1515 Jan. 8	H II 3 (13534/41)
cess. Lud. et ob. Galh.	**Joannes** de Maloleone (Mauléon), can. ips. eccl.[6]	1523 Jun. 17	Lat. 1417 f. 158'
ob. Joannis	**Joannes** Bertrandus, cler. Tolosan.[7]	1555 Dec. 16	AC 6 f. 276'
res. Jo. Bertr.	**Carolus** card. Caraffa (IX, 1), nepos Pauli IV[8]	1556 Jul. 6	AC 14 f. 34'
certo modo	**Petrus** de Albreto, clericus	1561 Maii 9	AC 7 f. 83
ob. Petri[9]	**Urbanus** de s. Gelasio[10]	1570 Jun. 26	AC 15 f. 70'

Conventren. et **Lichefelden.** (**Coventri-Lichefield**) in Anglia, suffr. Cantuarien. (T. 3500 fl.)[1]

ob. Gaufridi Blythe[2]	**Radulphus** (Bayne), mag. theol.[3]	1555 Jun. 21	AC 6 f. 249

Conversan. seu **Cupersan.** (**Conversano**) in partibus Neapol., suffr. Baren. (R. 300 fl., T. $33^1/_3$ fl.)[1]

ob. Donati de Aquaviva[2]	**Antonius** card. s. Severini (V, 6), *admin.*	1529 Jul. 28	AC 3 f. 152'
cess. Ant. card.[3]	**Jacobus** Ant. de Carozza, presb. Oritan.[4]	1534 Febr. 11	Lat. 1600 f. 65
ob. Jac. Ant. (1560)	**Joannes** Franc. Lottinus, can. basil. Vatic.	1560 Sept. 4	AC 7 f. 56'
cess. Jo. Fr. el.	**Romulus** de Valentibus, clericus[5]	1561 Jan. 15	AC 7 f. 70'
ob. Rom. (1579 Jun. 8)	**Franciscus** Maria Sfortia, dr. theol., presb. Monopol.	1579 Aug. 26	AC 15 f. 275'
ob. Franc. (1605 Jul. 18)	**Petrus** Capullius O. Min. († 1625 Junii 24)	1605 Aug. 31	Sch. Ind. 489

Corbavien. *v.* **Modrusien.** — **Corchagen.** *v.* **Corkagen.** — **Coren.** *v.* **Venezuela.**

Corcyren. seu **Corfien.** (Corfù) in ins. cognom., metrop. (T. 300 fl.)[1]

ob. (Sanctii Venerii)[2]	**Christophorus** Marcellus[3]	1514 Maii 28	Sch. Ind. 488
ob. Christophori[4]	**Jacobus** Caucus Venetus, famil. S. S.[5]	1528 Nov. 20	AC 3 f. 144

Constantinopolitan.

[1]) AC 3 f. 34.

[2]) De Loris card. Elnen. (I, 45), qui factus est patr. Const. 1503 Aug. 9, † 1506 Jul. 22.

[3]) Ita ut post 6 menses pacificae possess. illius patr. regr. ad patr. Aquilegien. vacet.

[4]) In 17. a. cost., admin. (usque ad aet. legit.).

[5]) Reserv. regr.

[6]) Dixit autem S. S., se habuisse in animo dare ecclesiam Constantinop. aepo. Maffeo (Theatino) ad effectum, ut ipse resignaret ecclesiam Theatin. illi card., quo casu, si satis non essent ejus fructus ad compensandum ipsum aepum., se voluisse supplere; 1566 Apr. 26 pallium conced. patriarchae Constantinop. (AC 9 f. 144).

[7]) Reserv. fruct.

[8]) Cui conced. pallium 1573 Oct. 26 (AC 15 f. 137); † c. a. 1593.

Convenarum.

[1]) AC 2 f. 224. — [2]) A. 1466 promoti.

[3]) A capitulo, qui cum illo Amanevo super ipsa eccl. Conv. litigat; sed eo defuncto Leo X die 21 Aug. et iterum die 7 Nov. 1514 provisionem de illo Amanevo ab Alex. VI factam confirmat (H I 689 nr. 11135 et 769 nr. 12600).

[4]) Possessione non habita.

[5]) De nobili genere ex utr., Ludovici regis Franciae in parlamenti Paris. curia consiliarius. — [6]) Cfr. AC 2 f. 224.

[7]) Nomin. a rege Fr. Postmodum card. (IX, 13).

[8]) Nomin. a rege Fr., admin. (usque ad aet. legit.).

[9]) Inter eum et Urbanum apud *Gams* 539 ad a. 1569—1579 adscribitur **Carolus** de Bourbon, tr. ad „Lecturen."

[10]) Filius clar. viri domini de Lansac, nomin. a rege Fr., cui gratia $^1/_3$ jurium (s. collegii) conced. pro hac vice sine fabis; † c. 1613.

Conventren.

[1]) Eubel II² 135.

[2]) 1503 Maii 5 promoti (Lat. 1129 B f. 1), eod. anno Sept. 17 consecrati et ante 1. Febr. 1531 defuncti, qui visitat limina per procur. 1508 Sept. 22, 1522 Jun. 5, 1529 Mart. 7 (Sch. Ind. 488). Post eum erant eppi *Anglicani:* Rolandus Lee 1533/41 et Richardus Sampson (antea ep. Cicestren.) 1543/54.

[3]) Pro quo Philippus rex et Maria regina (Angliae) supplic.; cons. 1554 Nov. 18 ab Edmundo Londonien., Joanne Norwicen., Gilberto Bathonien. eppis. † 1559 Nov. 24. Episcopatus cessat.

Conversan.

[1]) AC 4 f. 64. — [2]) A. 1498 promoti.

[3]) Reserv. $^1/_2$ fruct., regr., coll. et admin. eccl. de Rutiliano.

[4]) In 28. a. const.; cfr. AC 4 f. 64.

[5]) Reserv. pens. 100 scut. pro Hieron. Vulpio cler. Cuman., familiari cardinalis camerarii referentis. NB. Haec clausula de mand. S. P. additur 1565 Febr. 7.

Corcyren.

[1]) Sch. Ind. 488. — [2]) A. 1481 promoti.

[3]) Cui a. 1516 committitur causa Francisci de Lanzarottis, clerici Paduani, super homicidio (Sch. Ind. 488).

[4]) Apud *Gams* 400 inter eum et Jacobum recensetur „Andreas Vendromini, sed. 1524."

[5]) Cui 1529 Jun. 3 prorog. tempus exped. litt. apost. provis. et 1534 Apr. 20 conced. pallium (AC 4 f. 66'); is 1546 Apr. 8 usque

Jacobo senesc.[6])	**Antonius** Caucus, ejus nepos, coadj. c. j. s.[7])	1560 Maii 29	AC 7 f. 36'
res. Antonii[8])	**Bernardinus** Surianus, nobilis Venetus[9])	1577 Nov. 29	AC 15 f. 234'
ob. (Bernardini)	**Maffeus** Venerius, nobilis Venetus[10])	1583 Maii 11	AC 15 f. 337'
ob. Maffei	**Joannes** Balbus Venetus O. Min. Obs.[11])	1587 Jan. 14	AC 10 f. 72, 18 f. 56
ob. Joannis B.[12])	**Vincentius** Quirinus	1597 Jan. 29	Sch. Ind. 488

Corduben. (Cordova) in Hispania, suffr. Hispalen. (R. 8000 fl.[1]), T. 1000 fl.[2])

tr. Joan.[3]) ad Palentin.	**Joannes** (Daza), ep. Carthaginen.	1504 Nov. 4	Lat. 1129 B f. 121
ob. Jo. (1510 Maii 21)	**Martinus** Fern. de Angulo, ep. Carthag.[4])	1510 Sept. 30	Lat. 1253 f. 180'
ob. Mart. (1516 Jun. 21)	**Alfonsus** Manrique, ep. Pacen.	1516 Aug. 18	Sch. Ind. 488
tr. Alf. ad Hispalen.	**Joannes** (Alvarez) de Toledo O. Praed.[5])	1523 Aug. 31	Lat. 1417 f. 223
tr. Jo. ad Burgen.	**Petrus** Manrique, ep. Civitaten.[6])	1537 Apr. 11	AC 5 f. 31
ob. Pet. card. (1540 Oct. 7)	**Leopoldus** de Austria[7])	1541 Apr. 29	AC 5 f. 125
ob. Leop. (1557 Sept 27)	**Didacus** de Alaba[8]), ep. Abulen.[9])	1558 Oct. 21	AC 14 f. 129'
ob. Did. (1562 Mart. 24)	**Christophorus** (de Roxas)[10]), ep. Pacen.[11])	1562 Maii 27	AC 7 f. 120'
tr. Christ. ad Hispalen.	**Bernardus** de Fresneda, ep. Conchen.[12])	1571 Nov. 16	AC 15 f. 96'
tr. Bern. ad Caesaraug.	**Martinus** de Corduba O. Praed., ep. Placent.[13])	1578 Jun. 13	AC 15 f. 246'
ob. Mart. (1581 Jun. 5)	**Antonius** Maur. de Pazos[14]), ep. Pacten.[15])	1582 Mart. 19	AC 15 f. 321
ob. Ant. (1586 Jun. 28)	**Franciscus** Pacecus, ep. Malacitan.[16])	1587 Jan. 14	AC 10 f. 73, 18 f. 56'
ob. Franc. (1590 Oct. 2)	**Ferdinandus** de Vega et Fonseca[17])	1591 Mart. 20	AC 11 f. 26'
ob. Ferd. (1591 Sept. 3)	**Petrus** Portocarrero, ep. Calaguritan.	1594 Jan. 12	Sch. Ind. 488
tr. Pet. ad Conchen. (1597)	**Franciscus** Reynoso († 1601 Aug. 23)	1557	Gams 28

Corinthien. (Corinthus) in Graecia, metrop., tit.

ob. (R.)[1])	**Julius** de Blanchis	c. 1512	Sch. Ind. 488
. . . .	**Joannes** (de Sepulveda), ep. Milevitan.	c. 1517	Sch. Ind. 488
. . . .	**Gundisalvus** †	1531	Sch. Ind. 488
certo modo	**Germanicus** Bandinus, cler. Senen.[2])	1560 Jun. 29	AC 7 f. 42'
certo modo	**Dominicus** Marcotus Venetus O. Praed.[3])	1575 Aug. 3	AC 15 f. 181
certo modo	**Alfonsus** Paleottus, presb. Bononien.[4])	1591 Febr. 13	AC 18 f. 158, 11 f. 13'

Corisopiten. (Quimper) in Gallia occid., suffr. Turonen. (R. 3000 fl.[1]), T. 1000 fl.[2])

Claudio[3]) senescente et mente capto	**Joannes** de la Mote[4]), coadj.	1533 Jul. 18	AC 4 f. 57'
Claudio[3]) senescente et mente capto	**Guilelmus** de Ader (Eder)[5]), coadj. c. j. s.	1539 Aug. 8	AC 5 f. 87'
ob. Guil. (1546 Maii 22)	**Philippus** card. de Bolonia[6]) (V, 33), *admin.*	1546 Jul. 19	AC 5 f. 274, 8 f. 18

1547 Jun. 2 aderat concilio Trid. et 1556 m. Febr. degebat in Urbe (Sch. Ind. 488).

[6]) In 70. a. const.

[7]) In 28. a. const.; qui 1561 Dec. 19 advenit Tridentum et 1562 Jun. 23 inde discessit; 1562 Mart. 2 primam missam celebravit et 1565 Maii 15 pallium obtinet (AC 9 f. 120'); 1583 est (in Urbe) vicepraesidens carcerum et clericus camerae apost.

[8]) Reserv. denomin.; apud *Gams* 400 inter eum et Maffeum, qui ibi desideratur, recensetur „Joannes **Petrus** Fortiguerri, tr. ad Botontin. 1574 Apr. 26 (alias 1579 Apr. 19)"; sed hic, dum 1574 Apr. 26 tr. ad Botontin., erat ep. Cyrenen., non aep. Corcyren.

[9]) Reserv. pens. 500 duc. pro personis nominatis; 1578 Mart. 17 illi aepo. conced. pallium (AC 15 f. 242).

[10]) Exped. litt. provis. gratis.

[11]) Ut not. 10; cui 1587 Maii 11 conced. pallium (AC 10 f. 83 et 18 f. 63).

[12]) Sec. *Gams* 400, apud quem desid. Vinc. Quir., ei succedit „1591 Febr. 11 Alfonsus Paleotti, coadj. Bononien. et episc. 1597", qui quidem erat aep. Corinthien., non Corcyren.

Corduben.

[1]) AC 2 f. 230; alias: 12 000 fl. (AC 5 f. 125), 35 000 fl. (AC 14 f. 127'), 30 000 fl. (AC 15 f. 96').

[2]) AC 2 f. 230, 5 f. 125, 14 f. 127', 15 f. 96'.

[3]) Fonseca, a. 1499 ab eccl. Pacen. ad Cord. tr., ad quem Pius III scribit 1503 Oct. 8 de confirm. beneficiorum (Lat. 1127 f. 84').

[4]) Qui 1511 Febr. 27 visitat limina per procur. (Sch. Ind. 488).

[5]) De nobili genere ex utr. par. procr.; cfr. Lat. 1417 f. 224' et AC 2 f. 230.

[6]) Reserv. ann. pens. duc. 1200 pro Alexio de Carretto et sing. 1000 pro Aloysio de Toleto ac Petro ep. Legionen.

[7]) Filius natur. Maximiliani, quocum dispens. super hoc def. nat.; reserv. ann. pens. duc. 1400 pro Joh. de Cordova et 400 pro Bern. de Velasco atque aliae; 1542 Mart. 29 is Leop. visitat limina per procur. (Sch. Ind. 488).

[8]) Et Esquivel.

[9]) Praesent. a rege cath., cujus provisio proposita est 1558 Aug. 24 (AC 14 f. 127'), reserv. nova pens. 3000 duc. (600 pro Franc. Paceco, postm. ep. Cord. et 2400 pro diversis aliis personis).

[10]) Et Sandoval.

[11]) Quocum dispens. super def. nat., reserv. ann. pens. 2400 fl. pro personis a S. S. nominadis et regi cath. gratis.

[12]) Praesent. a rege cath.

[13]) Nomin. a rege cath., quocum dispens. super def. nat., reserv. ann. pens. 6850 duc. (ad 1/3 fruct.) pro diversis personis.

[14]) Et Figueroa.

[15]) In supremo consilio regio praesidens, nomin. a rege cath., reserv. nova pens. 150 duc. pro quodam cler. Palentin.

[16]) Nomin. a rege, reserv. ann. pens. 3700 duc. pro personis nominandis, cum retent. cujusdam prioratus.

[17]) Lic. (theol.?), praesent. a rege cath., reserv. pens. 1900 pro diversis personis.

Corinthien.

[1]) Cujus spolia, fabricae bas. Vat. applicata, conced. Julio successori ad satisfaciendum creditoribus ejus.

[2]) Coadj. Senen., in 28. a. const.

[3]) Lector s. paginae, coadj. c. j. s. Spalaten., cum assign. 1/2 fruct. eccl. Spalaten., durante coadjutoria.

[4]) Coadj. c. j. s. Bononien., JUD. (cfr. Corcyren. not. 12), cum assign. ann. pens. 1000 scut. durante coadj.; cfr. Bononien. ad a. 1591.

Corisopiten.

[1]) AC 5 f. 87', 6 f. 52; alias: 4000 fl. (AC 5 f. 274, 8 f. 18).

[2]) AC 5 f. 87' et 274, 8 f. 18 et 162'.

[3]) De Rohan, a. 1501 promoto et 1540 m. Jul. defuncto.

[4]) Cum fac. retinendi mon. s. Gildasii Veneten. et de Bosqueto Briocen. dioec.

[5]) Archidiac. eccl. Nanneten. (Lat. 1600 f. 256').

[6]) Seu de Camera (Chambre), nomin. a rege Fr.

ob. Phil. (1550 Febr. 21)	**Nicolaus** card. Sermoneta (VI, 20), *admin.*[7]	1550 Jul. 14	AC 6 f. 52, 8 f. 162
res. Nicolai card.[8]	**Stephanus** Bouchier, clericus[9]	1560 Apr. 5	AC 7 f 30
ob. Steph. (1573 Aug. 20)	**Franciscus** de la Tour, presb. Trecoren.[10]	1573 Aug. 26	AC 15 f. 135
tr. Franc. ad Trecoren.	**Carolus** de le Escourt (Liescoet)[11]	1582 Nov. 15	AC 15 f. 328

Corkagen. (Cork) et **Cloynen.** (Cloyne) in Hibernia, suffr. Cassellen. (T. 153⅓ fl.)[1]

ob. Joannis (c. 1521)[2]	**Joannes** Beveri (Bennet), presb. Cluanen.	1523 Jan. 28	AC 2 f. 196'
ob. Joannis B.	**Ludovicus** Macnamara O. Min.[3]	1540 Sept. 24	AC 4 f. 161'
ob. Ludovici in C. R.	**Joannes** Ohedcien (Hoyedon), cler. Elfinen.[4]	1540 Nov. 5	AC 5 f. 113'
ob. Joannis Jedicar	**Nicolaus** Laudis (Lailes), rector cujusd. paroch. eccl.[5]	1568 Febr. 27	AC 15 f. 8'
ob. Nicolai	**Edmundus** Tanner, presb., dr. in s. pag.	1574 Nov. 5	AC 15 f. 163'
ob. Edmundi (1579 Jun. 4)	**Dermitius** Mac-Rah, presb. Lismoren.[6]	1580 Oct. 12	AC 15 f. 294'
ob. Dermitii	**Guilelmus** Tirreus (Therry) († 1640)	1622 Jan. 24	Sch. Ind. 488

Cornetan. *v.* **Montisflasconen.**

Coronen. (Coron) in Graecia, suffr. Patracen. (al. Athenien.), tit.

ob. (?) Hieronymi[1]	**Vincentius**, ep. Signin.[2]	1507 Aug. 4	Sch. Ind. 488
. . . .	**Hieronymus** Messi, „ep. Neopacten. et Coronen.“	1518 Aug. 23	
. . . .	**Antonius** de Avila	. . . . .	AC 3 f. 117
ob Antonii de Avila	**Marcus** Dionysius, decanus Nicosien.[3]	1526 Nov. 7	
. . . .	**Carolus**, sacrista prioratus s. Spiritus[4]	1529 Oct. 6	AC 3 f. 157'
ob. Caroli	**Benedictus** de Rocha O. Carm.[5]	1548 Oct. 22	Sch. Ind. 488
. . . .	**Laurentius** Bernardinus Lucensis O. Praed.[6]	1572 Aug. 27	AC 15 f. 112'

Cortonen. (Cortona) in Tuscia, immed. subj. (R. 400 fl.[1], T. 50 fl.)[2]

ob. Rayn.[3] (1504 Feb. 2)	**Franciscus** card. Soderinus (I, 39)[4]	1504 Mart. 6	Lat. 1129 B f. 168
(cess. Francisci)	**Guilelmus** Capponi	1505 Maii 25	Sch. Ind. 488
(ob. Guil. 1515)	**Joannes** Serninus (de Cucciati)	1516	
ob. Jo. S. (1521 Oct. 1)[5]	**Silvius** card. Passerinus (III, 24)[6]	1521 Nov. 15	AC 2 f. 183
ob. Silvii (1529 Apr. 20)	**Leonardus** (Bonaefidei O. S. B.), ep. Vestan.	1529 Maii 24	AC 3 f. 149
res. Leon. Bonaf.[8]	**Joannes Bapt.** de Ricasolis	1538 Oct. 25	AC 5 f. 68'
tr. Jo. B. ad Pistorien.	**Matthaeus** de Conciniis de Terra nova[9]	1560 Febr. 14	AC 7 f. 17
res. Matthaei[10]	**Hieronymus** de Gaddis, apresb. Florentin.[11]	1562 Dec. 16	AC 7 f. 134'
ob. Hier. (1572)	**Franciscus** Perignani (Preg.), can. Pisan.[12]	1572 Mart. 3	AC 15 f. 104'
(ob. Pregn. 1577)	**Constantinus** Piccioni O. s. A., ep. Scalen.[13]	1577 Febr. 25	AC 15 f. 217'
ob. Const. (1585)	**Joannes** de Albertis, presb. Florentin.[14]	1585 Jul. 15	AC 18 f. 26, 10 f. 10
ob. Jo. (1596 Oct. 2)	**Cosimus** de Angelis († 1603)	1597 Jan. 24	Sch. Ind. 488

7) Cui 1550 Sept. indultum conferendi beneficia.

8) Reserv. coll. benef. et ann. pensione 800 scut.

9) Cum fac. retin. quoddam mon. cum prioratu; qui 1562 Nov. 13 advenit Tridentum.

10) Qui mon. de Coetmaloen Ord. Cist. dimittit, nomin. a rege Fr.

11) Nomin. a rege Fr., quocum dispens. super eo, quod non sit per sex menses in sacris ord. initiatus; † 1614 Mart. 14.

Corkagen.

1) Sch. Ind.; alias: 420 fl. (AC 4 f. 161').

2) Edmundi de Geraldinis, a. 1499 promoti.

3) Desid. apud *Gams* Add. 66.

4) Commendatus litteris episcoporum cath. et testimonio P. Davidis Vulff S. J., cum fac. retin. illam rectoriam cum cura usque ad (pacificam) possess. eccl. Cork.

5) Apud *Gams* Add. 66: Landes.

6) Apud *Gams* Add. 66: Dermod Mac Craghe. Post eum sedes vacat 16 . . — 1622.

Coronen.

1) De Franciscis O. Serv., a. 1496 promoti, qui 1506 Dec. 28 missam cantat Bononiae coram Julio II (Sch. Ind. 488).

2) A. 1508 Aquilejae degit.

3) In a. 24. const., cui 25. a. agenti liceat munus consecr. recipere; ad resid. non tenetur.

4) Suffr. aepi. Valentinen.

5) Suffr. epi. Castren.

6) Suffr. epi. card. Ostien., sed datur personae (card. Moroni, VI, 40), non ecclesiae.

Cortonen.

1) AC 2 f. 183.

2) AC 2 f. 183; alias: 433⅓ fl. (AC 5 f. 68).

3) De Guicciardinis, a. 1502 Nov. 28 promoti.

4) Apud *Gams* 743 ei cognomen „Illori“ est.

5) Vel potius: „cess. Francisci epi. Praenestin. (olim tit. s. Susannae presb.) card. Vulterran., reserv. regr.“

6) Qui 1528 in Gallia cisalp. degit (Sch. Ind. 488).

7) Praeceptor hospit. s. Spiritus (de Urbe), reserv. pens. 130 duc. Francisco Sercecco. — 1529 Jun. 5 Clemens VII capitulum Cort. possessionem (bonorum episcopatus Cort.) nomine camerae apost. capere jubet, donec Leonardus Bonaefidei litteras (apost. super sua provisione) expedierit (Sch. Ind. 488).

8) Reserv. denom. et ann. pens. 320 duc.

9) Rector paroch. eccl. s. Mich. archang. de Plano radicis dioec. Aretin., cum retent. illius eccl. s. Mich. archang. de Plano radicis dioec. Aretin., cum retent. illius eccl. ad 6 menses et reserv. cujusdam pensionis; 1560 Jul. 14 juram. praestat et 1561 Oct. 5 Tridentum advenit (Sch. Ind. 488).

10) Reserv. denom. et pens. 250 duc.

11) Cum retent. ipsius archipresb. et 2 eccl. paroch. ad 4 menses et aliorum benef. ad vitam. Qui 1563 Julii 21 advenit Tridentum orator ducis Florentini et quarta die post praesentat mandatum ipsius ducis.

12) Cum retent. benef. compatib., quae residentiam non requirunt.

13) Pro quo exped. litterae provis. gratis.

14) Orator magni ducis Florentini.

Cotronen. (Cotrone) in Calabria, suffr. Reginen. (R. 500 fl.[1]), T. 50 fl.)[2])

tr. Andr.[3]) ad Militen.	**Antonius** Lucifer, adiac. ips. eccl.	1508 Mart. 15	Lat. 1209 f. 202
ob. Antonii (1521)	**Andreas** card. de Valle (III, 14), iterum	1522 Sept. 4	AC 2 f. 185
cess. Andreae card.[4])	**Joannes Matth.** Lucifer, ep. Umbriaticen.	1524 Nov. 14	AC 3 f. 46
ob. Jo. M. (1551)	**Petrus Paulus** Caporellus de Potentia O. Min.[5])	1552 Sept. 28	AC 6 f. 135
ob. P. P. (1556)	**Franciscus** de Aguirre, cler. Toletan., JUD.[6])	1557 Dec. 10	AC 14 f. 104'
tr. Franc. ad Tropeen.	**Antonius** Sebast. Minturnus, ep. Ugentin.	1565 Jul. 13	AC 9 f. 124'
ob. Ant. Seb. (1574)	**Christophorus** Berrocal	1574 Aug. 11	AC 15 f. 157
ob. Christ. (1578)	**Marcellus** Majnranus, Neapolitanus[7])	1578 Oct. 6	AC 15 f. 255
tr. Marc. ad Acerrar.	**Joseph** Pharaonius, ep. Massalubren.[8])	1581 Nov. 26	AC 15 f. 314
ob. Josephi	**Marius** Bologninus, aep. Lancianen.[9])	1588 Oct. 3	AC 18 f. 97, 10 f. 145
tr. Marii ad Salern.	**Claudius** de Curtis, presb. Neapol., JUD.[10])	1591 Nov. 13	AC 18 f. 176, 11 f. 57
ob. Claudii (1595)	**Joannes** Lopez O. Praed.	1595 Jun. 5	Sch. Ind. 488
tr. Jo. ad Monopolit. (1598)	**Thomas** Monti e congreg. cleric. regul. († 1608 Dec. 4)	1599 Febr. 17	Gams 879

Cracovien. (Kraków, Krakau) in Polonia, suffr. Gneznen. (R. 12000 fl.[1]), T. 3000 fl.)[2])

res. Joannis[3])	**Petrus** (Tomicki), ep. Poznanien.[4])	1523 Dec. 9	AC 3 f. 4
ob. Petri (1535 Oct. 10)	**Joannes** Latalski, ep. Poznan.	1536 Mart. 15	AC 5 f. 9'
tr. Jo. ad Gneznen.	**Joannes** Choyenski, ep. Plocen.[5])	1537 Aug. 17	AC 5 f. 40
ob. Jo. (1538 Mart. 11)	**Petrus** Gamratis, ep. Plocen.[6])	1538 Jul. 29	AC 5 f. 62'
tr. Petri ad Gneznen.	idem *admin.*[7])	1541 Maii 28	AC 5 f. 190
ob. Petri (1545 Aug. 27)	**Samuel** Macieiowski, ep. Plocen.[8])	1546 Jun. 19	AC 8 f. 8, 5 f. 255
ob. Sam. (1550 Oct. 26)	**Andreas** Zebrzydowski, ep. Wladislav.	1551 Febr. 25	AC 6 f. 74
ob. And. (1560 Maii 25)	**Philippus** (Padniewski, ep. Premislen.	1560 Jul. 17	AC 7 f. 50
ob. Phil. (1572 Apr. 12)	**Franciscus** Cra(n)sinski[9])	1572 Jun. 2	AC 15 f. 106'
ob. Fran. (1577 Mart. 15)	**Petrus** Miskowski, ep. Plocen.[10])	1577 Jul. 5	AC 15 f. 225
ob. Petri (1591)	**Georgius** card. de Radziwil (XII, 28), ep. Wilnen.[11])	1591 Aug. 9	AC 11 f. 43, 18 f. 171

Crainen. in Albania, metrop., tit.

certo modo	**Joannes Bapt.** de Centelles, cler. Valentin.[1])	1521 Nov. 15	AC 2 f. 183
. . . .	**Jacobus Joannes** de Centelles (Sent.)[2])	. . . . . .	Sch. Ind. 488

Cranganoren. seu **Angamalen.**[1]) (Cranganor) in Indiis orient., metrop. (T. 33⅓ fl.)[2])

(neoer. m. saec. XVI)	**Vincentius** de Lagos O. Min.	1550	Gams 116
. . . .	**Abraham**[3]) (desid. apud. *Gams* 116)	1565	Sch. Ind. 477
ob. Mar. Abraham[4])	**Franciscus** Ros S. J.[5])	1599 Nov. 5	Sch. Ind. 477
Franc. senesc.	**Stephanus**, ep. Salonen., coadj.	1621 Jan. 11	Sch. Ind. 477

Cotronen.

[1]) AC 2 f. 185'; alias 700 fl. (AC 3 f. 46), 1000 fl. (AC 6 f. 135).

[2]) AC 2 f. 185, 3 f. 46, 6 f. 135.

[3]) De Valle, a. 1496 promoti et 1517 in S. R. E. (III, 14) promoti, cui 1504 Jun. 18 paroch. eccl. (apresb.) s. Mariae de Posterula dioec. Terracinen. collata est (Lat. 1130 f. 68).

[4]) Reserv. fruct., collat. benef. admin.

[5]) Prof. theol., cui 1552 Oct. 14 fac. capiendi possess. (Sch. Ind.).

[6]) De nobili gen. procr., qui 1562 Jun. 4 usque 1563 Dec. 3 adest concilio Trid. et a. 1563 fac. testandi de 4000 duc. obtinet.

[7]) Congr. cleric. regul. s. Silvestri de Urbe, nomin. a rege cath.

[8]) Nomin. a rege cath., reserv. ann. pens. sing. 200 duc. pro filio Bernardi de s. Cruce et pro Joa. Hier. filio Caesaris Vitellii.

[9]) Nomin a rege cath., salva remanente denominatione archiep.

[10]) Nomin. seu praesent. a rege cath.

Cracovien.

[1]) AC 8 f. 8'; alias 10000 fl. (AC 15 f. 106').

[2]) AC 3 f. 4, 5 f. 9' et 255; alias 3040 fl. (AC 5 f. 40 et 62'), 4000 fl. (AC 8 f. 8).

[3]) Konarski, a. 1503 promoti, qui visitat limina per procur. 1512 Oct. 9 et 1523 Jul. 20; 1505 Aug. 22 Erasmus ep. Plocen. fit ejus coadj. (Sch. Ind. 488); resignat reserv. quadam pens. et nomine episcopi; † 1525 Apr. 3.

[4]) Cancellarius regis Poloniae; retinet episc. Poznan., quamdiu Joannes ep. res. recipit pensionem super fruct. mensae episc. Cracov.

[5]) Nomin. a rege Pol., cui 1537 Aug. 19 fac. capiendi possess., litteris non exped.

[6]) Pro quo rex Pol. suppl.

[7]) Quae admin. prolong. 1542 Jun. 7 (ad annum), 1543 Nov. 28 (ad trienn.), 1544 Jul. 11 (ad vitam); cui 1544 Febr. 22 indultum non visitandi limina neque per se neque per procur. per decennium (Sch. Ind. 488).

[8]) Cui 1546 Mart. 3 fac. cap. possess. et 1548 Sept. 21 indultum non visitandi limina per biennium (Sch. Ind. 488).

[9]) Cui fit gratia dilationis 10 mens. quoad ½ jurium s. coll. solvendorum.

[10]) Ad supplic. Stephani regis Pol.

[11]) Nomin. a rege Pol., † 1600 Jan. 21.

Crainen.

[1]) Quocum dispens. super def. nat.; ad resid. non tenetur.

[2]) Ad diversas Italiae et Hispan. partes a S. P. mittitur. Idem ac praedec. Joannes Bapt.?

Cranganoren.

[1]) Primitus haec eccl. semper Angamalen., dein autem Cranganoren. appellatur.

[2]) Sch. Ind. 477.

[3]) A. 1565 S. P. mittit litteras commendatitias ad patriarcham Assyriorum (aepum. Joan.) et epum. Cochinen. pro eodem Abr., qui a. 1577 professionem fidei emittit, 1579 indulgentiam jubilaei ad annum petit et indultum componendi cum foeneratoribus impetrat, 1584 autem ad S. P. de statu sua eccl. et contra **Simonem** intrusum scribit; cfr. Sch. Ind. 477, ubi hoc quoque annotatum est: „Episcopi Angamalen. totius Indiae primates in Malabaris montibus resident, quorum postremi fuere saec. XVI Josephinus Abraham et Simeon, qui a. 1592 vel 1597 obiit, quo anno ab aepo. Joan., vicario apost., cui committebatur admin. eccl. Angam., instituta fuit visitatio hujus dioec. et synodus celebrata.

[4]) Cujus coadj. erat quidem Georgius.

[5]) C. a. 1600 episcopatus Angam., cujus juspatronatus reservatur regi Portug., in 75 parochias dividitur. Sec. *Gams* 116 ille Franciscus „el. 1597 Febr. 16, cons. 1601, † 1624 Febr. 18", cujus coadj. erat **Hieron.** Xavier S. J., † 1617; ipsa autem sedes Angam. a. 1600 Aug. 4 erecta a. 1605 fit archiepisc.

Cremen. (Crema) in Italia super.[1]), immed. subj., postm. suffr. Mediolan. (T. 300 fl.)[2])

neoerectae[3])	**Hieronymus** Diedus, nobilis Venetus, JUD.[4])	1580 Nov. 21	AC 15 f. 296'
res. H. († 1585 Jun. 10)[5])	**Joannes Jac.** Diedus, primicerius eccl. Patav.[6])	1584 Maii 28	AC 18 f. 1

Cremonen. (Cremona) in Italia super., suffr. Mediolan. (R. 7000 fl., T. 500 fl.)[1])

ob. Ascanii card. (I, 8)[2])	**Galeottus** card. de Franciottis (II, 2), post	1505 Maii 27	Lat. 1209 f. 98'
res. Galeotti card.	**Hieronymus** Trevisanus O. Cist.	1507 Oct. 20	
ob. Hier. (1523 Feb. 24)[4])	**Benedictus** de Accoltis, el. Gadicen.[5])	1523 Mart. 16	Lat. 1417 f. 214'
ob. Ben. (1549 Sept. 21)	**Franciscus** card. Sfondratus (VI, 55)[6])	1549 Nov. 9	AC 6 f. 15
ob. Franc. (1550 Jul. 31)	**Fredericus** card. de Cesis (VI, 56)[7])	1551 Mart. 18	AC 6 f. 77
cess. Fred. card.[8])	**Nicolaus** Sfondratus, cler. Mediolan.[9])	1560 Mart. 13	AC 7 f. 22
ass. Nic. in S. P.	**Caesar** Specianus, ep. Novarien.[10])	1591 Jan. 30	AC 11 f. 11, 18 f. 156
ob. Caes. (1607 Aug. 21)	**Paulus Camillus** card. Sfondratus (XV, 1)	1607 Sept. 13	Sch. Ind. 488

Creten. (Creta) in ins. cognom, metrop. (R. . . ., T. 500 fl.)[1])

ob. Andreae Landi[2])	**Joannes** Landus, def. aet. patiens[3])	1506 Mart. 2	Sch. Ind. 488
res. Jo. L.[4])	**Laurentius** card. Campegius (III, 21), *admin.*[5])	1534 Jun. 17	AC 4 f. 71'
cess. Laur. card.[6])	**Petrus** Landus, Venetus, in 18. a. const.[7])	1536 Jan. 28	AC 5 f. 8
res. P.[8]) († 1583 Nov. 13)	**Laurentius** Victurius, nobilis Venetus[9])	15,6 Febr. 6	AC 15 f. 194'
ob. Laur. in C. R. 1597 Feb. 9	**Thomas** Contarenus[10])	1597 Jul. 4	Sch. Ind. 488

Cro(y)acen., suffr. Spalaten., tit.

ob. Nicolai[1])	**Martinus**, cantor eccl. Quinqueeccl.	1507 Dec. 15	Lat. 1029 f. 139'
certo modo	**Andreas** Lagogne O. Cist.[2])	1515 Aug. 24	H II 174 (17169/75)
ob. Martini	**Matthaeus** Unadopya de Corenitach.[3])	1517 Apr. 20	AC 2 f. 6
ob. Martini de Portu[4])	**Ferdinandus** de Saxamone O. S. B.[5])	1517 Dec. 14	AC 2 f. 40
ob. Martini	**Franciscus** de Reucon alias de Treio[6])	1518 Dec. 10	AC 2 f. 76'
ob. Andr. de Lagone	**Joannes** de Vaulx, abbas mon. de Caritate[7])	1540 Apr. 16	AC 5 f. 100'
certo modo	**Joannes** Vallerius, rector paroch. eccl. de Virano[8])	1542 Mart. 1	AC 5 f. 145'

Cremen.

[1]) In finibus Galliae cisalp., sub dominio Venetorum.

[2]) AC 15 f. 296'.

[3]) Erigendo oppidum Cremen. in civit. et eccl. colleg. in cathedralem pro uno episcopo Cremensi, cujus territorium eximitur a dioec. Placentin. et Cremonen.; vacat primum (AC 15 f. 288).

[4]) Immed. subject. sanctae sedi S. S. reservavit

[5]) Reserv. ann. pens. 400 duc. et denomin.

[6]) † 1616 Jun. 6.

Cremonen.

[1]) AC 2 f. 206'.

[2]) Sfortia, cui eccl. Cremon. a. 1486 comissa est administranda.

[3]) Abbas mon. s. Thomae Burgundionum dioec. Torcellan., decr. dr., ad cujus inst. Leo X 1513 Mart. 19 approbat indulta ab Alex. VI et Jul. II congregationi s. Bernardi de Lombardia O. Cist. de Obs. concessa (H I 18 nr. 289), quique 1517 Nov. 21 (adhuc. electus) pro retentione mon. s. Thomae praedicti 1517 Aug. 21 sibi concessa obtulit (serv. comm.) 315 fl.

[4]) Et cess. Petri card. de Accoltis (II, 21), qui simul cessit iuri regr. ad eccl. Gadicen. et admin. eccl. Atrebaten.

[5]) Et litt. apost. majoris praesidentiae abbreviator, in 26. a. const., reserv. pens. 1000 duc. cardinali de Rangone (III, 36) et 500 duc. card. Pisano (III, 38); cfr. AC 2 f. 206'. Hic Ben. erat nepos illius card. Petri (II, 21), qui, cum ipse Benedictus el. Cremonen. a. 1524 ad eccl. Ravenn. tr. esset, ecclesiam Cremonen. obtinuisse videtur; nam 1529 Oct. 1 Benedictus de Acc., interim in S. R. E. card. (V, 1) promotus, iterum eccl. Cremonen. vac. per cess. Petri card. de Acc. obtinet cum retent. eccl. Ravenn. (AC 3 f. 156').

[6]) Qui cessit ecclesiae Caputaquen., cum reserv. ann. pens. 1500 scut. Alexandro card. Farnesio vicecanc. (VI, 1).

[7]) Quo accessum ad eccl. Cremon. petente 1550 Aug. 8 S. P. responsum reservat propter qualitem temporum videl. et reformationis et concilii, animadvertens, quantum sint odiosi apud omnes illi accessus (AC 6 f. 55); quum denique ecclesiam Cremon. obtineat, reserv. ann. pens. 1500 duc. pro card. Morono (VI, 40).

[8]) Reserv. regr. et collat. benef.; quae quidem cessio in favorem Nicolai Sfondr. jam 1558 Jul. 18 proposita erat (AC 14 f. 122'), sed obst. defectu aet., quo laborat, dilata.

[9]) Qui 1561 Mart. 31 advenit Tridentum, 1562 Febr. 17 pro indice librorum et 1563 Jun. 21 ad conficiendos canones de matrimonio deputatur (Sch. Ind. 488); a. 1583 in S. R. E. card. promovetur (XII, 22).

[10]) Reserv. ann. pens. pro (Paulo Camillo) card. Sfondrato (XV, 1) in cedula exprimenda; 1592 Maii 14 mittitur nuntius ordin. ad imperatorem.

Creten.

[1]) Sch. Ind. 488.

[2]) 1494 (non 1493) Jul. 4 promoti et 1505 defunct.

[3]) Super quo dispens.; a. 1507 reserv. super fruct. eccl. Creten. ann. pensio 500 duc. pro Marco card. Contareno I, 35).

[4]) Reserv. denomin.

[5]) Reserv. ann. pens. 500 pro Julio Lando nepote et 200 pro Luca Bonfino familiari ejus.

[6]) Reserv. admin. et fruct. (usquedum Petrus successor a. 27. attigerit), coll. benef. et regr.

[7]) Usque ad a. 27. admin., cui 1543 Febr. 9 pallium conced. (AC 5 f. 164) quique 1563 Jan. 15 advenit Tridentum (Sch. Ind. 488).

[8]) Reserv. fruct. exceptis 1500 duc. pro success. et denomin.

[9]) Cum retent. beneficiorum incompatib. ad 6 menses et compatib. ad vitam.; cui 1576 Juni 4 conced. pallium (AC 15 f. 201).

[10]) Sec. AC 9 f. 167 ecclesiae „*Creten. i. p. i.*" certo modo vac. praef. in epum. **Joannes Petrus** Fortiguerra, suffr. Montisregal. in Siciliae; cfr. pag. 178 not. 8.

Cro(y)acen.

[1]) De Monte, a. 1476 promoti (?).

[2]) Monachus (nuper abbas) mon. de Claritate Dei dioec. Turonen., cui 1515 Aug. 26 fac. „ut a quocunque" (H II 175 nr. 17195), quique suffr. aepi. Turonen. egisse videtur.

[3]) Qui retinet benef. ad 100 duc. et obtinet quandam paroch. eccl. valoris 100 duc.

[4]) Apud Eubel II[2] 140 inter episcopos *Crojen.* ad a. 1498 relati.

[5]) Prior mon. s. Isidori dioec. Palentin., qui infra annum ad eccl. suam se transferat sub poena privationis.

[6]) O. can. regul., prof. theol.; ad resid. non tenetur.

[7]) Suffr. aepi. Turonen.; ad resid. non tenetur.

[8]) Dioec. Agenen., suffr. aepi. Turonen.; ad resid. non tenetur.

Crojen. (Croja) in Epiro, suffr. Duracen., tit.

. . . .	**Paulus**	. . . . . .	. . . .
ob. Pauli	**Franciscus** de Scio (Chíos) O. Min. Conv. [1])	1525 Jan. 18[2])	AC 3 f. 51'

Crotonen. *v.* **Cotronen.** — **Csanadien.** *v.* **Cenadien.**

Cuben. seu **s. Jacobi de Cuba** (Cuba) in ins. cognom., ab a. 1803 metrop. (R. 2000 fl.)[1])

neoerectae[2])	**Joannes** (de Witte) O. Praed., ep. Salubrien.[3])	1517 Febr. 11	Lat. 1342 f. 157
. . . .	**Bernardus** de Messa O. Praed.	1522	Sch. Ind. 488
. . . .	**Sebastianus** Salmanticensis O. Praed.	1525	
. . . .	**Joannes** de Witte (Ubita) O. Praed. supradictus	1529	
cess. Joannis	**Michael** Ramirez O. Praed.[4])	1530 Nov. 7	AC 3 f. 176
ob. Michaelis	**Didacus** Sarmiento O. Carth.[5])	1535 Oct. 20	AC 5 f. 4
ob. Did. (1547 Maii 30)	**Ferdinandus** de Urango, cler.[6])	1550 Jul. 4	AC 6 f. 49', 8 f. 161
ob. Ferd. (1556)	**Bernardinus** Villalpando O. can. reg. s. Aug.	1561 Jun. 27	AC 7 f. 91
tr. Bern. ad Guatemal.	**Joannes** de Castillo, presb. Burgen.[7])	1564 Apr. 28	AC 9 f. 96, 7 f. 160
res. (Joannis)[8])	**Antonius** Diaz de Salcedo O. Min. Obs., theologus[9])	1580 Mart. 14	AC 15 f. 287
tr. Ant. ad Nicarag.	**Bartholomaeus** de la Plaza O. Min. (usque 1602)	1597 Nov. 10	Sch. Ind. 488

Culmen. (Culm, Chelmno) in Polonia, suffr. Rigen. (R. . . ., T. 700 fl.)[1])

cess. Nicolai[2])	**Joannes** Canopetizky (Konopacki)[3])	1509 Feb. 23[4])	Lat. 1214 f. 208'
ob. Jo. (1530 Apr. 23)	**Joannes** Dantiscus (a Curiis), can. Warmien.[5])	1530 Aug. 3	AC 3 f. 172
tr. Jo. ad Warmien.	**Tidemannus** Ghise (Giese), custos Warmien.[6])	1538 Jan. 11	AC 3 f. 50
tr. Tid. ad Warmien.	**Stanislaus** Hosius, cantor Warmien.[7])	1549 Jul. 12	AC 8 f. 137, 6 f. 8
tr. Stan. ad Warmien.	**Joannes** Lubodzieski, can. Warmien.	1551 Nov. 18	AC 6 f. 107'
ob. Jo. (1562 Mart. 24)	**Stanislaus** a Silslaw (Zelislawski)[8])	1562 Oct. 9	AC 7 f. 128'
ob. Stan. (1571 Apr. 13)	**Petrus** Kostka, can. Warmien.[9])	1574 Jun. 4	AC 15 f. 152
ob. Petri (1595 Jan. 25)	**Petrus** Tylicki (tr. ad Warmien. a. 1600)	1595 Jul. 17	Gams Add. 86

Cuman. seu **(Novo-)Comen.** (Como) in Italia super., suffr. Aquilegien. (R. 2000 fl., T. 800 fl.)[1])

ob. Antonii[2])	**Scaramutia** de Trivultio, cler. Mediol.[3])	1508 Apr. 14	Lat. 1209 f. 244
cess. Scaram. card.	**Antonius** de Trivultio, ep. Asten., ejus frater[4])	1518 Jan. 8	AC 2 f. 42'
cess. Ant. de Tr.[5])	**Caesar** de Trivultiis, in 24. a. const.[6])	1519 Sept. 26	AC 2 f. 108'
ob. Caesaris (1548)	**Bernardinus** de Cruce, cubic. secr. S. S.[7])	1548 Sept. 24	AC 8 f. 113'
res. Bern. de Cr.[8])	**Joannes Ant.** Vulpius, can. ips. eccl.[9])	1559 Apr. 17	AC 9 f. 3'

Crojen.

[1]) Ad resid. tenetur in eccl. paroch. sub invoc. s. Theodori.

[2]) Sch. Ind. 488: 1524 Jan. 24.

Cuben.

[1]) AC 6 f. 49 et 8 f. 161. „Propterea T. non relaxatur, priusquam taxa apponeretur" (AC 6 f. 73).

[2]) Cujus juspatronatus ad supplic. Ferdinandi regis Castellae reserv. eidem ejusque successoribus.

[3]) Apud *Gams* 146 primi episcopi Cuben. hi recensentur: „(Joannes de Ubita (Witte) O. s. Fr. el. 1525, res. 1535), Michael Ramirez de Salamanca O. Praed., intr. 1537, Bernardus de Mesa O. Praed. † 1538, Joannes Flandes O. Praed., Didacus Sarmiento el. 1540, res. eodem anno."

[4]) Nomin. a caesare, cui 1531 Febr. 4 indultum consecr. (ut a quocumque), quique 1533 Jan. 5 praestat juramentum (fidelitatis) et 1533 Apr. 9 solvit (serv. comm.).

[5]) Quocum dispens. super def. nat., quique 1546 Jul. 23 visitat limina per procur. (Sch. Ind. 488).

[6]) Cui indultum consecr. 1551 Apr. 19 (Sch. Ind. 488).

[7]) Dr. theol., praesent. a rege cath.

[8]) 1578 Oct. 3 ob adversam valetudinem (AC 15 f. 254).

[9]) Nomin a rege cath.

Culmen.

[1]) AC 5 f. 50, 6 f. 8, 8 f. 137.

[2]) Crapitz, a. 1495 promoti, † 1514 Febr. 2.

[3]) Presb. Culmen., de nobili genere procr.

[4]) Sec. Gams 346 et Addit. 85: 1508 Febr. 24, sed Lat. 1214 f. 208' clare legitur „a. 1508 (stylo Curiae seu Florentino, ergo stylo nostro 509) VII kal. Martii".

[5]) Pro quo rex Poloniae supplic.

[6]) Custos eccl. Warmien.

[7]) Postm. S. R. E. card. (X, 13).

[8]) Abbas mon. Pelplinen. O. Cist. dioec. Wladislav.

[9]) Quem canon. retinet, ad supplic. Henrici regis Poloniae.

Cuman.

[1]) AC 2 f. 42'.

[2]) De Trivultio, a. 1487 in ep. Cuman. et a. 1500 in S. R. E. card. (I, 33) promoti, † 1508 Mart. 16.

[3]) JUD., notarius apost., Lud. regis Franciae consiliarius, qui a. 1517 in S. R. E. card. (III, 17) promov.

[4]) Qui per unum annum utramque eccl. habeat, deinde alteram dimittat.

[5]) Reserv. admin., denomin., percept. fruct., collat. benefic. et regr.

[6]) Usque ad a. 27. admin., quocum dispens. super def. nat. et aet.; 1528 Mart. 1 Clemens VII vicelegato Galliae cispad. mandat, ut Caesarem ep. Comen., cui commissa est in spirit. et tempor. administratio eccl. *Placentin.*, adjuvet; 1531 Nov. 17 idem S. P. epum. Comen., nuntium apud regem Galliae (1529 Oct. 3 creatum), ab eodem officio revocat stante adversa ejus valetudine; qui 1533 iterum erat nuntius in Gallia, 1534 Nov. 25 fit gubern. et viceleg. Perusiae, a. 1534—1537 ei prorog. tempus retentionis ecclesiae Apten. a. 1533 sibi collatae unacum eccl. Comen.; 1541 Aug. 5 ei commend. mon. s. Tursi de Saone O. S. B. dioec. Valentin. (Sch. Ind. 487).

[7]) Civis Comensis, electus Asten., reserv. ann. pens. 500 duc. super fruct. mensae episc. personis a S. S. nominandis. Qui 1540 Febr. obtinuit canonic. in basil. s. Petri de Urbe, 1556 m. Febr. in Urbe degebat (Sch. Ind. 487).

[8]) Reserv. $^1/_2$ fruct. mensae episc., in qua includatur antiqua pensio 200 duc. Caesari Juvenali de Mamertis, cler. Romano, solvenda. Qui Bern., cum 1568 Aug. 15 Romae obiisset, sepultus est in sacello b. M. de succursu in basil. Vat.; reliquit anniversarium pro anima sua et donavit ipsi basilicae codicem in pergameno pro hebd. sanctae officio. Ejus cessio proposita est in consist. 1559 Apr. 7 (AC 14 f. 149').

[9]) JUD., epi. cedentis in spirit. vic. gen., qui 1563 Apr. 1 advenit Tridentum, Benedicto Vulpio ejus vic. in spir. existente, et 1565 impetravit a. S. P. fac. dispensandi super matrimoniis in 3. et 4. consangu. gradu in Vallemagia dioec. Comen.

ob. Jo. A. (1588 Aug. 30)	**Felicianus** (Ninguarda) O. Praed., ep. s. Agathae [10])	1588 Oct. 3	AC 10 f. 146', 18 f. 97'
ob. Fel. (1595 Jan. 5)	**Philippus** Archintus († 1621 Nov. 25)	1595 Jul. 17	Sch. Ind. 488

Cunavien. *v.* **Conovien.** — **Cupersan.** *v.* **Conversan.**

Curien. (Chur, Coira) in Helvetia, suffr. Maguntin. (R. . . ., T. 500 fl.) [1])

res. Henrici [2])	**Paulus** Ziegler [3])	1505 Jun. 6	Sch. Ind. 489
ob. Pauli (1541 Aug. 25)	**Lucius** Ither, praepos. ips. eccl. [4])	1542 Apr. 26	AC 5 f. 147
ob. Lucii (1548 Dec. 4)	**Thomas** Planta, el. a capit., prov. [5])	1550 Mart. 19	AC 6 f. 29'
ob. Tho. (1565 Maii 4)	**Beatus** a Porta, can. ipsius eccl. [6])	1565 Aug. 24	AC 9 f. 130'
res. Beati († 1590)	**Petrus** Rascherius (de Rascher) [7])	1581 Nov. 6	AC 15 f. 313
ob. Petri (1601 Jun. 3)	**Joannes** Flugius (Flugi-Aspermont) (res. 1627)	1601 Apr. 9	Sch. Ind. 489

Curien. (?), tit.

certo modo	**Thomas** Carre, prior pr. de Brenkburn [1])	1504 Aug. 30	Lat. 1129 B f. 87'

Curonien. (Curland) in Lettia, suffr. Rigen. (R. 300 fl., T. 100 fl.) [1])

ob. Henrici [2])	**Hermannus** Kunnenbergh, el. a cap., prov.	1524 Mart. 2	AC 3 f. 17'
ob. Hermanni	**Joannes** Munichhusen, can. Curonien. [3])	1540 Jul. 16	AC 5 f. 106

Curzolen. (Curzola) et **Stagnen.** (Stagno, Stonj) in Dalmatia, suffr. Duracen. (R. 300 fl. [1]), T. 80 fl.) [2])

ob. Nicolai [3])	**Marcus** Maliperius (Maripetrus?), cler. Venet., famil. S.S. [4])	1541 Dec. 16	AC 5 f. 140'
tr. Marci ad Pharen.	**Claudius** Ptolomaeus, cler. Senen. [5])	1549 Aug. 21	AC 8 f. 138', 6 f. 10
ob. Claudii (1556 Mart. 23)	**Petrus** Barbadigo, Venetus [6])	1556 Jun. 27	Sch. Ind. 489
res. Petri	**Benedictus** Lauretanus O. Camald.	1565 Maii 15	AC 9 f. 121'
ob. Benedicti	**Augustinus** Quinctius de Spalato O. Praed. [7])	1573 Jun. 17	AC 15 f. 133

Cusentin. (Cosenza) in Calabria, metrop. (R. . . ., T. 600 fl.) [1])

ob. Francisci [2])	**Joannes** Rufus (Teodoli), ep. Bretinorien. [3])	1511 Nov. 6	Lat. 1253 f. 100
ob. Joannis (1527)	**Nicolaus** card. de Gaddis (V, 3), *admin.*	1528 Jan. 31	AC 3 f. 136
cess. Nic. card. [4])	**Thaddaeus** de Gaddis, in 16. a. const. [5])	1535 Jun. 21	Lat. 1615 f. 22
ob. Thad. (1561 Dec. 22)	**Franciscus** card. Gonzaga (X, 8), *admin.* [6])	1562 Mart. 2	AC 7 f. 113
cess. Franc. card. [7])	**Thomas** Milesius, presb. Cusentin. [8])	1565 Jan. 12	AC 9 f. 112'
ob. Tho. (1568 Jan. 10)	**Flavius** card. de Ursinis (X, 36), *admin.* [9])	1569 Jan. 24	AC 15 f. 39'

---

10) Reserv. ann. pens. 200 scut. pro Franc. Lancelloto, cler. Romano, card. de Lancellotis (XII, 31) nepote.

Curien. (Chur).

1) AC 5 f. 147', 6 f. 29'; cfr. infra not. 5.
2) A. 1491 promoti et 1510 defuncti.
3) Quocum dispens. super def. aet.
4) Electus a capit., qui 1542 Maii 20 obtinet indultum consecr. (ut a quoc.) et 1543 Mart. 5 vocatur ad concilium; 1546 Apr. 27 extenduntur facultates Lucii ep. nuntii ad Helvetios (Sch. Ind. 489).
5) Reducta pro hac vice T. ad 400 fl.; qui 1551 Nov. 25 usque 1552 Mart. 19 aderat concilio Trid. (Sch. Ind. 489). 1551 Jul. 18 Julius III consiliariis trium ligarum Rhaetiae primae, qui electum Curien. commendaverant, respondet, numquam se jussisse eum citari, sed sponte Romam venisse, ut de objectis sibi criminibus se purgaret; neque pro carcere, sed pro diversorio ei assignatum esse locum in illustri monasterio, et post eorum primam commendationem ipsum in palatium apost. ductum, qui, si non expectato judicii exitu abire et redire ad eos voluerit, id suo arbitrio facere potuerit; die autem 10 Oct. 1551 imperatori significat, Thomam epum. Curien. de crimine haeresis accusatum sponte Romam venisse et pluries examinatum innocentem repertum ab hujusmodi accusatione liberatum munus consecr. suscepisse et Tridentum ad conc. proficisci (l. c.).
6) Prius parochus in Feldkirch, studiis vacavit in gymn. Friburg. Brisg. et deinde in Gallia, praecipue Parisiis, ubi theologiae operam dabat, ann. 35, el. a capitulo, cui petenti per litteras, ipsum confirmari a S. S., amoto quodam, qui se intruserat, S. P. 1565 Aug. 17 respondit, se velle confirmare electum, licet intrusus suus esset familiaris.
7) El. a capit., quocum dispens. super eo, quod non est doctor.

Curien.

1) O. s. Aug. dioec. Dunelmen.

Curonien.

1) AC 3 f. 17'. — 2) Basedow, a. 1501 promoti.
3) Quem can. ad 6 menses, et thesaur. eccl. Verden., quam dign. ad vitam retinet; 1542 fit quoque admin. Osilien. et postm. apostata; † post 1560 Mart. 6. (*Gams* 312). *Cessat episcopatus.* A. 1589 fiunt pacta inter Poloniae et Daniae reges, quibus episcopatus Curonien. regi Poloniae restituitur (Sch. Ind. 489).

Curzolen.

1) AC 6 f. 10.
2) AC 6 f. 10, 8 f. 138; alias 40 fl. (AC 5 f. 140').
3) A. 1503 promoti.
4) Eo tempore eccl. *Stagnen dissolvitur* a Curzolen. Ille Marcus, cui S. P. 1543 concedit fac. conferendi benef. et 1544 Apr. 19 munus consecr. impendi iubet, 1546 Apr. 8 usque 1547 Junii 2 aderat concilio Trid.
5) 1556 m. Febr. in Urbe degebat (Sch. Ind. 489).
6) 1562 Nov. 5 advenit Tridentum.
7) A. 1605 tr. ad Massamlubren.

Cusentin.

1) Sch. Ind. 489.
2) Card. de Borgia (I, 30), a. 1499 ab eccl. Theanen. ad Cusentin tr., † 1511 Nov. 4.
3) Qui 1512 Febr. 26 solvit (serv. comm.) 100 fl. pro mon. b. Mariae de Prach O. s. Ben. dioec. Pampilonen. sibi commend., 1513 Mart 3 nuntius apost. ad regem Arag. et collector pro Hisp., super qua collectoria 1521 Mart. 17 ei fit quittantia; et 1524 Sept. 3 prorogatur ad 6 menses simultanea retentio eccl. Cusentin. et Gadicen., v. ibi; Sch. Ind. 489.
4) Reserv. admin.
5) Usque ad 27. admin., cui 1549 Apr. 8 conced. pallium (AC 8 f. 129), quique 1552 fit referend. apost., 1556 m. Febr. in Urbe degit, 1557 Apr. 16 obtinet indultum conferendi benef., die autem 15 Mart. 1557 in S. R. E. card. (IX, 9) promovetur.
6) 1564 Mart. 1, ab ord. diac. ad presbyt. tr., recipit eccl. Cus. in tit. ut aepus. cum dispens. super def. aet. (AC 7 f. 153 et 9 f. 92).
7) Reserv. pens. 2200 duc.
8) Cui (praesenti) 1565 Febr. 7 conced. pallium (AC 9 f. 114).
9) De cujus persona S. S. jam alias providerat, cum falsi nuntii de morte aepi. (Cusentin.) fuissent allati; cui 1569 Febr. 9 conced. pallium (AC 15 f. 40').

res. Flavii card.	**Andreas Matth.** de Aquaviva, ep. Venafr.[10]	1573 Sept. 16	AC 15 f. 136
ob. A. M. (in C. R. 1576)	**Fantinus** (Petrignano), magister domus S. S.[11]	1577 Jan. 6	AC 15 f. 215
res. Fantini[12]	**Silvius** Passerinus, diac. Cortonen.[13]	1585 Maii 20	AC 10 f. 5', 18 f. 24
ob. Silvii (1587)	**Joannes Evang.** Paleottus, S. S. datarius[14]	1587 Sept. 11	AC 10 f. 97, 18 f. 70
res. J. B. card.[15]	**Joannes Bapt.** Constantius, presb. Neapol.[16]	1591 Apr. 5	AC 11 f. 30, 18 f. 165

Cuzquen. seu **Cuschen.** (Cuzco) in partibus Peruanis, suffr. Liman.

neoerectae[1]	**Vincentius** de Valle viridi (Valverde) O. Praed.[2]	1537 Jan. 8	AC 5 f. 22
ob. Vincentii[3] (c. 1542)	**Joanaes** Solanus O. Praed.[4]	1544 Febr. 29	AC 5 f 183
res. Jo. († 1580 Jan. 14)	**Franciscus** Ramirez, cler. Oxomen.[5]	1562 Jul 6	AC 7 f. 122'
ob. Francisci	**Matthias** Pinellus, presb. Corduben.[6]	1565 Jan. 19	AC 9 f. 113'
ob. Matthiae	**Sebastianus** de Lartaun, theol. dr.[7]	1570 Sept. 4	AC 15 f. 74'
ob. Seb. (1583 Oct. 9)	**Gregorius** de Montalvo O. Praed., ep. Yucutan.[8]	1587 Nov. 16	AC 10 f. 105', 18 f. 75
ob. Greg. (1593)	**Antonius** de la Roya († 1606 Jul. 28)	1594 Jun. 6	Sch. Ind. 489

Cyrenen. (Cyrene) in Lybia, tit.

. . . .	**Theodericus** O. Er. s. Aug., suffr. Colonien.[1]	1504 Aug. 2	Sch. Ind. 486
ob. Theoderici (1519)	**Quirinus** up dem Velde de Wylich (suffr. Colon.)[2]	1521 Oct. 25	Lat. 1399 f. 231
ob. Quirini (1537 Nov. 9)	**Joannes** (Nopel) de Lippia, lic. in theol.	1539 Oct. 29	AC 5 f. 92
ob. Jo. Nopel (1556 Jul. 6)	**Joannes** Penarius O. Min. Conv., prof. theol.	1557 Oct. 6	AC 14 f. 97'
ob. Jo. Pen. (1563 Sept. 11)	**Theobaldus** Crassel, presb. Colonien.	1574 Maii 5	AC 15 f. 150
ob. Theob. (1587 Jul. 31)	**Laurentius** Fabricius de Uerdingen[3]	1588 Mart. 23	AC 10 f. 122, 18 f. 87'
(ob. Laur.) (1600 Jul. 22)	**Joannes** Nopelii, can. Colonien.[4] († 1605 Junii 6)	1601 Sept. 10	Sch. Ind. 486

Cyrenen. seu **Ceraunen.** (Ceraunia) in ins. Cypro, tit.

certo modo	**Arnaldus** de Arceto[1] O. Er. s. Aug.	1517 Apr. 20	Lat. 1342 f. 228'
certo modo	**Nicolaus** Melchioris O. Praed.[2]	1518 Apr. 12	AC 2 f. 53'
certo modo	**Franciscus** Marturanus O. Min.[3]	1523 Dec. 18	AC 3 f. 7
. . . .	**Arduinus** de s. Germano[4]	1533 Maii 30	AC 4 f. 57
certo modo	**Balthasar** de Heredia O. Praed.[5]	1536 Febr. 11	AC 5 f. 9
tr. Balth. ad Bosan.	**Petrus** Gau O. Praed., prof. theol.	1542 Mart. 15	AC 5 f. 146
ob. Petri Gau	**Joannes** Punyet O. Min., prof. theol.	1549 Oct. 25	AC 6 f. 13', 5 f. 141'
certo modo	**Joannes Petrus** Fortiguerra[6]	1567 Jun. 4	AC 9 f. 167

Damascen. (Damascus) in Syria, metrop., tit.

certo modo	**Antonius** Romuliae	1528 Sept. 4	AC 3 f. 142'
certo modo	**Guilelmus** de Gonnavilla O. Carm., suffr. Morinen.[1]	1531 Oct. 13	AC 3 f. 191
certo modo	**Simon** de Podio O. Min., suffr. Agathen.	1532 Jul. 1	Sch. Ind. 489
certo modo	**Joannes** Bastianus (Both.), suffr. Lugdunen.[2]	1535	

10) Cui 1573 Nov. 6 conced. pallium (AC 15 f. 137').

11) Exped. litt. „gratis", quia familiaris S. S.; 1577 Jan. 14 conced. ei (praesenti) pallium et a 1580 fac. erigendi tres parochiales (in civ. Cusentina), cum praeter cathedr. nulla alia ibi sit, et dismembrandi ab hospitali majori quosdam proventus pro manutent. illorum rectorum (AC 15 f. 216').

12) Reserv. nom. et denomin. ac pens. duc. 2000; qui 1592 Aug. 31 obviam mittitur magnae ducissae Etruriae proficiscenti ad domum Lauretanam (Sch. Ind. 489).

13) Reserv. pens. 550 duc. pro Angelo, nepote aepi. ced.

14) Et can. bas. s. Petri de Urbe a die 9 Nov. 1585, in quo canonic. nunc succedit Joannes Ant. Piccionus (Sch. Ind. 489); qui 1587 Sept. 28 obtinet pallium (AC 18 f. 71) et Dec. 18 in S. R. E. card. promov. (XIII, 21).

15) Reserv. fruct., demptis 1000 duc. pro electo (success.).

16) Dr. theol., cui 1591 Apr. 5 conced. pallium (AC 18 f. 165); † 1617.

Cuzquen.

1) Erigendo eccl. s. Mariae oppidi de Cuzco in cathedr. et reserv. jus patron. caesari.

2) Nomin. a caesare; obtinet fac. erigendi capitulum et 1537 Jan. 29 indultum consecr.

3) Ab Indis occisi.

4) Scriptor litt. apost., praesent. a caesare, cui 1544 Aug. 2 ind. consecr. (Sch. Ind. 489).

5) Hic et successor Matthias desiderantur apud *Gams* 147.

6) Lic. in jure can., in 57. a. const., praesent. a. Philippo rege cath.

7) Verbi Dei concionator, nomin. a rege cath.

8) Nomin. a rege cath.

Cyrenen. (Cyrene).

1) Hic et omnes alii, qui in hac serie recensentur, *suffr. aepi. Colonien.* agebant. Ille Theod. 1509 Apr. 27 visitat limina per procur. (Sch. Ind. 486).

2) Rector in paroch. eccl. in Kirsenich (dioec. Colonien.), mag. in art., lic. in theol., cum retent. vicariae s. Pancratii in paroch. eccl. de Wylich (dioec. Colonien.); cfr. Lat. 1399 f. 233' et AC 2 f. 182.

3) Presb. Colonien., Dr. theol.; suffr. Paderbornen.

4) Et parochus eccl. s. Columbae Colon.

Cyrenen.

1) Seu Acerto, prof. theol., cum reserv. ann. pens. 200 duc. super fruct. eccl. Aduren., quare *suffr. epi. Aduren.* egisse videtur; cfr. AC 2 f. 6'.

2) Cui reserv. una domus mon. s. Michaelis de Guamo dioec. Lucan. et pro cujus sustent. Franciscus Melchioris, ejus frater, se obligat.

3) Ad resid. non tenetur.

4) Cui fac. retinendi beneficia eccl. usque ad summam 300 duc.

5) Hic et successor Petrus Gau ac Joannes Puynet *suffr. epi. Urgellen.* agebant; 1536 Mart. 1 S. P. Bernardino de Soria ep. Ravellen. mandat, ut illi Balth. munus consecr. impendat (Sch. Ind. 486).

6) Suffr. aepi. Montisregalis, tr. ad Botontin. 1574 Apr. 26. Cfr. supra pag. 181 s. v. Creten. not. 10.

Damascen.

1) (Daniel Tayspiel O. Praed.) episc. Gebelden., hucusque suffr. Morinen., cessit; cfr. *Revue Bénédictine* XXIV, 82. Ipse Guil. † a. 1540.

2) Solvit pro balista 1535 Jun. 21. Cfr. s. v. Sidonien.

certo modo (ob. Guil.)	**Antonius** le Tonnellier[3]), suffr. Morinen.	1540 Nov. 11	AC 5 f. 114'
ob. Ant. ad Tonn.	**Franciscus** de Sancto Raagone, suffr. Morinen.[4])	1548 Sept. 12	AC 8 f. 112
ob. Jo. Both.	**Joannes Henricus** O. Min., suffr. Lugdun.	1558 Mart. 23	AC 14 f. 118
ob. Antonii	**Georgius** Salomo de Cypro O. Er. s. Aug.[5])	1560 Mart. 13	AC 7 f. 22
ob. Jo. Henrici	**Jacobus** Maistret O. Carm.[6]), suffr. Lugdun.	1574 Nov. 17	AC 15 f. 164
ob. Jacobi	**Robertus** Bartolotii	1601 Nov. 26	Sch. Ind. 489

Daren. (Kildare) in Hibernia, suffr. Dublinen. (T. 200 fl.)[1])

ob. Edmundi[2])	**Thomas** Dillon, prior pr. s. Petri[3])	1526 Aug. 24	AC 3 f. 109
ob. Thomae	**Gualterus** Wellesley, prior pr. de Convall[4])	1529 Jul. 1	Lat. 1544 f. 131'
ob. Walteri Walteroni	**Donaldus** O'Beachan O. Min.[5])	1540 Jul. 16	AC 5 f. 106
ob. Donaldi	**Thaddaeus** Raynaldus (Reynolds)[6])	1540 Nov. 11	AC 5 f. 114', 4 f. 162'
ob. Gualteri (!)	**Thomas** Leverus, olim ep. Leiglin.[7])	1555 Aug. 30	AC 6 f. 258'

Darien. in Mesopotamia (al. in Dalmatia, suffr. Heracleen.), tit.

certo modo	**Nicolaus**	1506 Jul. 10	Sch. Ind. 489
certo modo	**Guilelmus** de Mediolano O. Min., suffr. Bonon.	1518 Jun. 21	AC 2 f. 62
certo modo	**Dionysius** Sac O. Min.[1])	1519 Maii 5	AC 2 f. 92
certo modo	**Guilelmus** Hogieson O. Praed.	1520 Aug. 8	AC 2 f. 138
certo modo	**Petrus** de Fine (van der Ende) O. Er. s. Aug.[2])	1525 Jun. 7	AC 3 f. 67'
certo modo	**Petrus** Stoll O. Praed., suffr. Frisingen.	1529 Mart. 15	Lat. 1544 f. 203'
ob. Petri (1548)	**Oswaldus** Arnsperger[3]), suffr. Frisingen.	1548 Jun. 13	AC 8 f. 102
c. m. (ob. Osw. 1569)	**Sebastianus** Haidlauff[4]), suffr. Frisingen.[5])	1569 Jun. 6	AC proc. Misc. n. 9
ob. Sebastiani (1580)	**Bartholomaeus** Schollius[6]), suffr. Frisingen.	1581 Maii 10	AC 15 f. 307

Davalien. seu **Daulien.** (Daulis) in Graecia, suffr. Athenien., tit.

certo modo	**Nicolaus** Schigmers O. Er. s. Aug., suffr. Spiren.	1529 Apr. 7	Sch. Ind. 489
ob. Nicolai (1541)	**Georgius** Schweicker, presb. Spiren., suffr. Spiren.[1])	1544 Dec. 17	AC 5 f. 204
ob. Geo. (1563 Maii 2)	**Matthias** Ob, mag. art. et phil.[2]), suffr. Spiren.	1566 Jun. 10	AC 9 f. 148
ob. Matthiae	**Henricus** Fabritius, presb. Colon.[3]), suffr. Spiren.	1575 Apr. 11	AC 15 f. 174
ob. Henrici	**Dionysius** Burkhardi, dec. eccl. s. Guid. Spiren.[4])	c. 1585	. . . . ,

Daventrien. (Deventer) in Hollandia, suffr. Traiecten.

neoer. 1559 Maii 12	**Joannes** Mahusius O. Min. Obs.[1])	1561 Aug. 8	AC 7 f. 95
res. Joannis[2])	**Aegidius** de Monte (Montanus) O. Min. Obs.[3])	1570 Aug. 11	AC 15 f. 73

Deren. (Derry) in Hibernia, suffr. Armachan. (R. . . ., T. 120 fl.)[1])

ob. Donaldi O'Fallon[2])	**Jacobus** Mac-Mahon, presb. Clochoren.	1503 Nov. 26	Lat. 1129 B f. 72
ob. Jacobi (1517)	**Roricus** O'Donnel, decanus Rapoten.	1520 Jan. 11	AC 2 f. 118'

[3]) Abbas mon. s. Vedasti O. s. Ben. dioec. Ambianen., quod retinet.
[4]) Cantor eccl. Atrebaten., † ex. a. 1558.
[5]) Cui 1560 Mart. 27 conced. pallium (AC 7 f. 27); cfr. infra s. v. *Maronitarum* not. 1.
[6]) Dr. theol.

Daren.

[1]) Sed reducitur ad 75 fl. (AC 3 f. 109, cfr. f. 108).
[2]) Qui Eduardo a. 1480 promoto (sec. *Gams* 223 a. 1522 defuncto) successisse videtur, nisi forte idem atque ipse Eduardus est. Cum autem Thomas a. 1526 ecclesiae Daren. praeficiatur in episcopum, ipsa eccl. propter paupertatem 13 annos vacavisse dicitur.
[3]) Juxta villam de Dryad O. s. Aug. dioec. Miden., quem retinet; pro quo Henricus rex Angliae supplic. (Lat. 1482 f. 145'). Inter eum et Gualterum apud *Gams* 223 recensetur „Petrus Stoll O. Praed., prov. 1529 Mart. 15?"; sed hic episc. Darien., non Daren., erat.
[4]) O. s. Aug. dioec. Daren., pro quo rex Angliae supplic.
[5]) Quocum dispens. super def. nat.
[6]) JUD., presb. Ardachaden., rector 2 eccl. paroch. et 1 vicariae.
[7]) Decanus eccl. s. Patritii extra muros Dublinen., pro quo Philippus rex et Maria regina Angliae supplic.; qui Thomas ab Elisabeth reg. Angliae dejicitur m. Jan. 1559 († 1577), quo facto sedes Daren. per multum tempus vacat.

Darien.

[1]) Cum assign. ann. pens. 200 libr. super fruct. mon. s. Petri montis majoris O. s. Ben. dioec. Arelaten.
[2]) Prof. artium et theol., suffr. Leodien. († 1537 Jul. 27).
[3]) Prof. theol.
[4]) Presb. Constantien., lic. theol., rector academiae et parochus eccl. B. M. V. Ingolstadien., qui per 30 annos linguas hebr. et graec. callebat.
[5]) In dioec. Frising. pontificalia non exerceat nisi de consensu ipsius episcopi, neque, si qui ex aliis dioec. eo venerint ad primam tonsuram minoresve aut sacros ord. promovendi, tametsi litteras afferant dimissoriales et approbationem a suis ordinariis sive eorum vicariis, illos admittat neve ordines illis conferat, nisi prius ab examinatoribus in dioec. Fris. deputatis fuerint examinati et idonei reperti; cfr. supra pag. 43 not. ad 1570 Febr. 10.
[6]) Presb. Augusten., lic. theol. († 1629).

Davalien.

[1]) A. 1552 aderat concilio Trid. (Sch. Ind. 489).
[2]) Praedicator in eccl. cathedr. Wormatien, et can. eccl. ss. Germani et Mauritii Spiren., quem can. retinet; cfr. AC Proc. Misc. nr. 2.
[3]) Baccal. theol.; a. 1580 eid. ind. super visitatione liminum (Sch. Ind. 489). — [4]) Suffr. Spiren.

Daventrien.

[1]) Cui et success. eius reserv. ann. pensio 1500 duc. super fruct. mensae episc. Palentin.
[2]) Reserv. ei ann. pens. 200 duc. ex pensione 1500 duc. ecclesiae Daventr. assignatae loco dotis super fruct. eccl. Salmantin. et Giennen. † 10. Mai 1577.
[3]) Baccal. theol., nomin. a rege cath., qui iuramentum praestat 1571 Aug. 28 cuique a. 1573 iniungitur visitatio dioecesis. — Sec. *Gams* 254 ei successit 1577 Maii 26 **Bernardus** Herinck, qui res. 1579; 1587 Aug. 6 ille Aegidius iterum, quo amoto 1588 Sept. 2 succedit **Albertus** de Thill et m. Nov. 1589 **Gisbertus** Coeverinx, non consecr.; 1590 cessat episcopatus.

Deren.

[1]) AC 6 f. 197; alias 200 fl. (AC 2 f. 118').
[2]) Qui 5 Jul. 1501 obiisse videtur; nam cum Jacobus successor praeficiatur, ecclesia Deren. ab illo die vacavisse dicitur.

ob. Ror. (1551 Oct. 8)	**Eugenius** O'Dochartaid, abbas mon. Cellae nigrae[3])	1554 Jun. 25	AC 6 f. 197
ob. Eugenii	**Remundus** O'Gallagher, ep. Aladen.[5])	1569 Jan. 22	AC 15 f. 46

Dertonen. *v.* **Terdonen.**

Dertusen. (Tortosa) in Hispania, suffr. Terraconen. (R. 4000 fl.[1]), T. 2660 fl.)[2])

tr. Alf.[3]) ad Terracon.	**Joannes** de Enguerra O. Praed., ep. Ilerden.[4])	1512 Oct. 1	Lat. 1261 f. 105
ob. Joannis	**Ludovicus** Mercador O. Carth., prof. theol.[5])	1513 Maii 20	H I 160 (2750/55
ob. Lud. (1516 Jun. . .)	**Adrianus** de Florentia (presb. Trajecten.)[6])	1516 Aug. 18	Sch. Ind. 489
ass. Adr. ad S. P.	**Guilelmus** Enkevort, datarius S. S.[7])	1523 Mart. 11	AC 2 f. . .
ob. Guil. (1534 Jul. 19)	**Antonius** de Calcena O. Min.[8])	1537 Jun. 20	AC 5 f. 35
ob. Antonii	**Hieronymus** de Requesens, ep. Elnen,[9])	1542 Maii 5	AC 5 f. 149
ob. Hier. (1548 Nov. 21)	**Ferdinandus** (de Loazes), ep. Ilerden.[10])	1553 Apr. 28	AC 6 f. 160'
tr. Ferd. ad Terracon.	**Martinus** de Corduba et Mendoza O. Praed.[11])	1560 Jul. 17	AC 7 f. 50'
tr. Mart. ad Placentin.	**Joannes** Izquierdo O. Praed., dr. theol.[12])	1574 Jun. 7	AC 15 f. 154
ob Jo. (1585 Sept. 31)	**Joannes** Teres, ep. Elnen.[13])	1586 Apr. 14	AC 18 f. 14, 10 f. 43
tr. Jo. ad Terracon.	**Joannes** Bapt. Cardona, ep. Vicen.[14])	1587 Mart. 18	AC 18 f. 60', 10 f. 79
ob. Jo. (1589 Dec. 30)	**Gaspar** Punter, vicarius gen. ipsius eccl.[15])	1589 Dec. 6	AC 18 f. 129', 10 f. 194'
ob. Gasp. (1600 Maii 13)	**Petrus** Manrique O. s. Aug.[16])	1601 Febr. 12	Sch. Ind. 489

Dignen. (Digne) in Gallia merid.-orient., suffr. Ebredunen. (R. . . ., T. 400 fl.)[1])

res. Antonii[2])	**Franciscus** Guiramandi, ejus nepos[3])	1512 Jan. 23	Lat. 1253 f. 162
ob. Franc. (1536 Maii 25)	**Cherubinus** de Orseria, apresb. Arelaten.[4])	1536 Aug. 4	AC 5 f. 15'
ob. Cherubini	**Antonius** Olivarius, cler. Parisien.[5])	1546 Maii 17	AC 5 f. 266, 8 f. 14
tr. Ant. ad Lomberien.	**Antonius** Herovet, cler. Parisien.[6])	1553 Febr. 6	AC 6 f. 143
ob. Ant. (1567 Dec. . .)	**Henricus** le Meignan(-gnem), diac. Melden.[7])	1568 Mart. 17	AC 15 f. 9'
res. Henrici	**Claudius** Coquelet, presb. Parisien.[8])	1587 Oct. 26	AC 18 f. 73', 10 f. 103
res. Claudii	**Antonius** Capizucci de Bologne, O. Minim.[9])	1602 Mart. 27	Sch. Ind. 489

Dionysien. in Arabia, suffr. Bostraen., tit.

certo modo	**Franciscus** de Portu (Puerto)	1504	Sch. Ind. 489

Dolen. (Dol) in Gallia occid., suffr. Turonen. (R. 3000 fl.[1]), T. 4000 fl.)[2])

ob. Thomae[3]) (1504 Ap. 5)	**Maturinus** de Plédran	1504 Jun. 13	Sch. Ind. 489
ob. Mat. (1521 Dec. 10)	**Thomas** Regis[4])	1523 Jun. 29	AC 2 f. 225'
ob. Thomae el. in C. R.	(**Joannes** Staphileus, ep. Sibenicen.)[5])	1524 Oct. 26	AC 3 f. 44

---

[3]) O. s. Aug. dioec. Deren., quod retinet; de nobili genere ex utroque.

[4]) Nobilis Hibernus, cum retent. prioratus de Eachus O. s. Aug. dioec. Aladen. (valoris 24 marc. sterl.). Sec. *Gams* Add. 66 „martyr 1601, Mart. 14". Episcopatus Deren. nunc vacat 1601—1683.

Dertusen.

[1]) AC 5 f. 35; alias 10 000 fl. (AC 15 f. 154).

[2]) AC 5 f. 35, 6 f. 160', 15 f. 154.

[3]) De Aragonia, a. 1475 promoti.

[4]) Desideratur apud *Gams* 82.

[5]) Cfr. H I 160 seq. nr. 2748 et 2781; 1514 Febr. 9 visitat limina per procur. (Sch. Ind. 489).

[6]) Cum retent. praeposit. Trajecten. et Leodien.

[7]) Cui fit gratia de juribus papae et collegii card.; 1523 Sept. 10 promov. in S. R. E. card. IV, 1 (AC 2 f. 231').

[8]) Reserv. ann. pens. duc. 400 pro card. Jacobatio (III, 19) et 1000 pro persona nominanda per caesarem. Cui 1537 Jul. 1 conced. fac. percipiendi fructus a Kal. Maii, perinde ac si illo die ecclesiae Dertusen. esset praefectus; nono die post obtinet licentiam capiendi possess. (litt. provis. non exped.).

[9]) Reserv. pens. nova 800 duc. pro collegio in regno Valentiae constructo ad instr. Maurorum filios in fide cath.; qua cassata reserv. 1549 Mart. 20 pensio 500 duc. pro collegio ss. Matthaei et Jacobi Dertusen.

[10]) Praesent. a caesare.

[11]) Nomin a rege cath.; 1561 Sept. 7 visitat limina per procur., 1561 Dec. 11 advenit Tridentum, 1562 Jul. 20 ad colligendos abusus de sacrificio missae et 1563 Jul. 30 in causa patriarchae Aquileg. deputatur.

[12]) Nomin. a rege cath., reserv. pens 1200 duc. (600 pro Jo. Dima ep. Urgellen. et 600 pro tribus aliis personis).

[13]) Nomin. a rege cath.; reserv. pens. 1300 duc. pro diversis personis.

[14]) Nomin. a rege cath.; cum reserv. pens. 300 duc. pro personis a S. S. nominandis et regi gratis; necnon, quia in professione fidei descripta sunt quidam errores, licet non substantialiter, tamen in poenam cum oblig. iterum profitendi.

[15]) Praesent. a rege cath., cum reserv. 200 duc. pro Joanne Crispo.

[16]) Qui a. 1611 tr. ad Caesaraug.

Dignen.

[1]) AC 5 f. 266 etc.

[2]) Guiramandi a. 1479 promoti († 1514 Oct. 22).

[3]) Decanus eccl. de Salone dioec. Arelaten., cui 1514 Aug. 13 praepositura eccl. b. M. de Bariolis dioec. Forolivien. confertur (H I 679 nr. 10917).

[4]) Nomin. a rege Franciae; 1546 erat commend. mon. b. M. de Voto dioec. Rotomagen.

[5]) Nomin. a rege Fr.

[6]) Nomin. a rege Fr., commend. mon. de Serauceo O. s. Ben. dioec. Senonen. quod retinet.

[7]) Lic. j. c., nomin. a rege Fr., praeceptor Margaritae sororis ipsius regis et eleemos.

[8]) Can. et adiac. Melden., lic. in decr., nomin. a rege Fr.

[9]) Nomin. a rege Fr († 1615 Sept. 24).

Dolen.

[1]) AC 3 f. 44; alias 2000 fl. (AC 2 f. 225). — [2]) AC 3 f. 44.

[3]) James, a. 1482 ab eccl. Leonen. ad Dolen tr., qui 1503 Nov. 26 prioratum de Lehomo O. S. Ben. dioec. Maclovien. resignat (Lat. 1129 A f. 237).

[4]) Clemens VII die 27 Jul. 1524 regi Galliae scribit, se non posse eius desiderio satisfacere, ut Franciscus de Valle (v. ad a. 1528) praeficiatur eccl. Dolen., cui Adrianus VI praefecerat Thomam Regis.

[5]) Cum pens. 800 duc. pro pers. nomin.; desider. apud *Gams* 547, cui 3 Dec. 1524 conced. quodd. benef., possess. eccl. Dolen. non habita et litt. non exped. (Sch. Ind. 489).

. . . .	Franciscus de bona Valle (Laval)[6]	1528 Nov. 6	AC 3 f. 144
ob. Franc. (1554 Jul. 2)	Joannes du Mar, presb. Andegaven.[7]	1557 Mart. 30	AC 14 f. 71
ob. Jo. el. (1557 Oct. 12)	Carolus Despinay, cler. Rhedonen.[8]	1560 Maii 29	AC 7 f. 35'
ob. Car. (1591 Sept. 12)[9]	Antonius de Révol	1603 Nov. 5	Sch. Ind. 489

Dolien. (Doglia) in ins. Sardinia, suffr. Calaritan. (T. 50 fl.)[1]

Doloren. (forsan **Dolichen.** in provincia Euphratis, suffr. Hierapol.), tit.

certo modo	Joannes prior pr. de Tynnuoche O. s. Ben.[1]	1527 Apr. 18	AC 3 f. 22'

S. Dominici (San Domingo) in ins. Hispaniolae *(Haiti)*, metrop. (R. . . ., T. 500 fl.)[1]

. . . . [2]	Alexander Gerardinus, ep. Vulturarien.	1520	Gams 148
ob. Alex. (1525)[3]	Ludovicus de Figueroa O. s. Hier., † (non cons.)	1525	
. . . .	Sebastianus Ramirez, cler. tantum Conchen.[4]	1528 Dec. 23	Lat. 1544 f. 250
tr. Seb. ad Tuden.	Alfonsus de Fonte majore, cler. Calagur.[5]	1538 Oct. 27	AC 5 f. 67
ob. Alfonsi (1554)	Didacus de Covarrubias, presb. Toletan.[6]	1556 Apr. 24	AC 14 f. 17
tr. Did. ad Civit. Rod.	Joannes de Salzedo, presb. Granaten.[7]	1562 Jan. 9	AC 7 f. 111
ob. Jo. (in itinere 1562)	Joannes de Alçolaras prior gener. O. s. Hier.[8]	1566 Febr. 15	AC 9 f. 138
tr. Jo. ad Canarien.	Andreas de Carvajal, ep. insulae s. Joh.[9]	1570 Maii 10	AC 15 f. 64'
ob. And. (1579 Apr. 7)	Alfonsus Lopez de Avila, dr. (decr.?)[10]	1580 Mart. 14	AC 15 f. 286'
tr. Alf. ad s. Fidei (Bog.)	Nicolaus Ramos, ep. de Portorico	1592 Jul. 13	Sch. Ind. 489
. . . .	Augustinus Davila O. Praed. († 1604)	1599 Aug.	Gams 148

Dragonarien. (Dragonara) in partibus Neapolit., suffr. Beneventan. (R. 200 fl.[1]), T. 33⅓ fl.)[2]

certo modo[3]	Jacobus Brunus de Severo, JUD.	1519 Maii 20	AC 2 f. 94'
ob. Jacobi	Alfonsus de Valdecabras[4]	1551	. . . .
cess. Alfonsi	Ludovicus Suarez, presb. Toletan.[5]	1554 Oct. 1	AC 6 f. 207

Drivasten. (Drivasto, Drivost) in Epiro, suffr. Antibaren. (R. 100 fl., T. 40 fl.)[1]

ob. Francisci[2]	Benedictus Cornii, praepos. pr. s. Crucis O. Praem.[3]	1512 Oct. 29	Lat. 1261 f. 28
	Franciscus de Mora O. Min. Obs.[4]	1518 Nov. 10	AC 2 f. 73
ob. cujusd. episc.[5]	Joannes de Zaguis[6]). comm. mon. s. Pauli[7]	1520 Jan. 13	AC 2 f. 133'

[6]) In 24. aet. a. const., super quo et natal. defectu dispens. necnon ad incompatibilia (beneficia obtinenda et retinenda). 1535 Jun. 25 S. S. eidem, eleemosynario ordinario regis Galliae, indulget, ut super delatione barbae minime molestari possit.

[7]) De nobili gen. procr., cui fit gratia de media parte (serv. comm.), sicut tribus ultimis vicibus, eo quod mare absorbet et devastat magnam partem fructuum (mensae episc.).

[8]) Die 20 Jul. 1558 fiebat (in consistorio) propositio novi episcopi et 1559 Febr. 15 iterum et quidem in favorem Caroli Despinay, clerici 28 a. agentis, cum retent. mon. s. Gildasii in nemore dioec. Redonen.

[9]) Qui 1562 Dec. 2 advenit Tridentum. Quo defuncto 1591 Sept. 12 sedes 7 annos vacat.

Dolien.

[1]) Haec eccl. mortuo Petro Ferritz O. Er. S. A. unitur cum Calaritan. 1502 Apr. 12; cf. Eubel II² 145.

Doloren.

[1]) Dioec. Dunelmen.; ad resid. non tenetur. Suffr. Dunelmen. egisse videtur.

S. Dominici.

[1]) AC 5 f. 67, 15 f. 64'.

[2]) Mense Aug. 1511 in consistorio relatio facta est de petitione regis cath., ut **Yaquen.** seu Hyaguaden. (Yaguata) principalis et **Baynuen.** (Baynua) ac **Maguen.** (Magua) (postea s. Joannis seu Portoricen.), ejus suffr. ecclesiae (1504 Nov. 15 erectae) supprimerentur et earum loco nova eccl. archiepisc. seu metropol. sc. **Conceptionis** (de la Vega) in ins. Hispaniolae (unacum eccl. s. Dominici) erigeretur. Ad illam Petrus Suarez de Deza aep. Yaquen. (antea cler. Zamoren., 1504 Nov. 15 prom., cfr. AC 12 f. 67') et ad hanc (sec. *Gams* 148 die 13 Aug. 1513 erectam) Garsias de Padilla O. Min. ep. Baynen., ipso die 15 Nov. 1504 prom., cui tamen, antequam ex Hispania transfretavit, Alexander Gerardinus substitutus est, transferuntur (AC 16 f. 29' et Sch. Ind. 489). Quae ecclesiae 1528 Dec. 23 ad instantiam caesaris uniuntur, usque dum 1546 Febr. 12 eccl. s. Dominici fit metrop. et eccl. Conceptionis ejus suffr. (unacum ecclesiis in ins. s. Joannis de Porturico, in ins. de Cuba, in civ. de Coro (prov. Venezuela), s. Marthae de Carthagena, de Truxillo (prov. Honduras), sed 1556 Apr. 24 iterum uniuntur (AC 14 f. 17 et 7 f. 111). Qui interim ep. Conceptionis fuerit, nescitur.

[3]) Et Petri de Deza aep. Conceptionis.

[4]) Lic. in decr., caes. maj. in camera regia consil., ab ipso caesare praesent.; cfr. AC 3 f. 145. Qui 1531 Jul. 25 et 1534 Aug. 20 visitat limina apost. per procur. (Sch. Ind. 489).

[5]) Praesent. a caesare; 1538 Nov. 1 obtinet licentiam „ut a quocumque" et 1541 Apr. 29 visitat limina per procur. (Sch. Ind. 489); 1547 Jun. 15 obtinet pallium, ecclesia s. Dom. 1546 Febr. 12 ab ecclesia Hispalen. exempta et ipsa metrop. facta (AC 5 f. 253' et 8 f. 6 ac 43).

[6]) Dr. j. can., praesent. a caesare.

[7]) Qui 1562 Mart. 2 obtinet pallium (AC 7 f. 113).

[8]) Hoc generalatu et aliis officiis optime functus, praesent. a rege cath.; 1566 Junii 17 (alias: 1567 Jun. 4) ei conced. pallium (AC 9 f. 148' et 167').

[9]) Seu de Porturico. Nomin. a rege cath., 1570 Jul. 19 ei conced. pallium (AC 15 f. 72).

[10]) In civ. Corduben. inquisitor apost.; nomin. a rege cath.; 1580 Mart. 23 obtinet pallium (AC 15 f. 287').

Dragonarien.

[1]) AC 2 f. 94', alias 40 fl. (AC 6 f. 207).

[2]) AC 2 f. 94 et 6 f. 207.

[3]) Jam diu vacaverat (ultimus ep. fuisse videtur a. 1451 prom.), et jam erat tamquam destituta.

[4]) Ad cuius vitam cum eccl. Drag. unitur Capritana propter tenuitatem fructuum, 140 duc. non exced. (AC 6 f. 95). Cf. sub v. Capritan. not. 6.

[5]) Qui ultimus episc. Drag. fuisse videtur; apud *Gams* 924 additur „(1657? Camillus Piazza)". Eccl. Drag. unitur cum s. Severi. Cfr. not. ult. ad Iuvenacen.

Drivasten.

[1]) AC 2 f. 73 et 133'.

[2]) De Ecclesia, a. 1489 promoti.

[3]) De Lulay (?) dioec. Agrien.

[4]) Ad resid. tenetur.

[5]) A 30 annis citra defuncti, cuius nomen testes nesciunt; sciunt autem, incolas conqueri, quod carent episcopo tanto tempore.

[6]) Sec. *Gams* 406: Laguis.

[7]) Polaten. O. S. Ben.

ob. Joannis	**Gundisalvus** de Ubeda O. Merced.[8])	1521 Febr. 6	AC 2 f. 153'
ob. Gundisalvi	**Petrus** Ferdinandi de Haen (Jaen) O. Praed.[8])	1525 Mart. 20	Lat. 1482 f. 285'
. . . .	**Franciscus** de Solis	. . . . . .	Gams 406
ob. Franc. de Solis	**Alfonsus** de Sanabria, can. Hispalen.[10])	1541 Maii 4	AC 5 f. 126

Dromoren. (Dromore) in Hibernia, suffr. Armachan. (R. . . ., T. 50 fl.)[1])

tr. Georg.[2]) ad Elphin.	**Thaddaeus** Orelle (al. Irril) O. Min.[3])	1511 Apr. 30	Sch. Ind. 489
ob. Thaddaei (a. 1526)	**Quintinus** O'Coigly O. Praed.	1536 Maii 29	AC 5 f. 13'
ob. Quintini[4])	**Arturus** Maguissa (Magennis)[5])	1540 Apr. 16	AC 5 f. 101
ob. Arturi (c. 1575)	**Patricius** Macival presb. saecul.	1576 Jan. 26	AC 15 f. 193'

Duacen. (Kilmacduagh) in Hibernia, suffr. Tuamen. (R. 40 duc., T. 40 fl.)[1])

ob. Matthaei Olrici[2])	**Christophorus** Bodekin[5])	1533 Sept. 3	AC 4 f. 58'
tr. Christ. ad Tuam.	**Cornelius** Ideay, cler. Laonien.[4])	1542 Maii 5	AC 5 f. 148'
ob. Cornelii	**Malachias** Omollona, ep. Laonien.[5])	1576 Aug. 22	AC 15 f. 204'

Dublinen. (Dublin) in Hibernia, metrop. (R. 4000 fl., T. 2600 fl.)[1])

ob. Walteri Fitzsimon[2])	**Guilelmus** Rockeby, ep. Miden.	1512 Jan. 28	Gams 219
ob. Guil. (1521 Nov. 21)	**Hugo** (Inge), ep. Miden.[3])	1523 Febr. 27	AC 2 f. 202'
ob. Hug. (1528 Aug. 3)	**Joannes** Aleyn (Allen), presb. London.[4])	1529 Sept. 3	Lat. 1544 f. 274'
ob. Jo. (1534 Jul. 28)	**Hugo** Corensis (Curwin), presb. Dublin.[5])	1555 Jun. 21	AC 6 f. 249

Dulcinen. (Dulcigno, Olcini, Olgun) in Epiro, suffr. Antibaren. (R. 200 fl., T. 33 1/3 fl.)[1])

ob. Marini Gamba[2])	**Joannes** Armanus	1522 Dec. 10	AC 2 f. 192'
. . . .	**Petrus** Malgarezus O. Min. Obs.[3])	1528 Nov. 20	AC 3 f. 144'
cess. Petri	**Jacobus** (a Dalmaxio), ep. Buduen.[4])	1532 Febr. 28	AC 4 f. 42'
ob. Jacobi	**Andreas** Jubiza, adiac. ips. eccl.[5])	1558 Mart. 23	AC 14 f. 121

Dumblanen. (Dunblane) in Scotia, suffr. s. Andreae (R. . . ., T. 270 fl.)[1])

cess. Jacobi Chesholm[2])	**Guilelmus** Chesholm, can. ips. eccl.[3])	1526 Jun. 6	Lat. 1472 f. 220
Guilelmo senesc.	**Guilelmus** Cheisholme, can. ips. eccl.[4])	1561 Jun. 2	AC 7 f. 86', 18 f. 30

Dumnen. (Duvno) in Hercegovina, suffr. Spalaten. (R. 100 fl., T. 33 1/3 fl.)[1])

ob. Viti de Ruschis[2])	**Thomas** de Corduba, abbas mon. Corduben.[3])	1507 Jan. 26	Lat. 1214 f. 75
ob. Thomae	**Alvarus** de Salas O. Er. s. Aug., prof. theol.	1514 Aug. 8	H I 674 (10813/17)

[8]) Praeceptor domus Granaten., cum retent. huius prioratus.
[9]) Ad resid. non tenetur.
[10]) Ad resid. infra annum tenetur. Nullus supradictorum episc. in ipsa ecclesia Drivasten. resedisse, sed omnes foris suffraganeos aliorum episc. egisse videntur.

Dromoren.

[1]) Sch. Ind. 489.
[2]) Brann a. 1483 promoti. Inter eum et Thaddaeum apud *Gams* Add. 67 recensentur **Guilelmus** (?) et **Galeatius** † 1504 ac **Joannes Bapt.** (sec. Wadd.: O. Min.), prom. 1504 Jun. 12.
[3]) Qui a. 1519 simul fit ep. Rossen.
[4]) Primum et quidem 1539 Jun. 16 huius ob. causa **Rogerius** Maccyadh, perpetuus vicarius de Killaic, promotus est (AC 5 f. 84), sed cum etiam Arturus 1540 Apr. 16 eiusdem ob. causa promoveatur, inter episcopos Drom. non recensendus est.
[5]) Quocum dispensatur super homicidio.

Duacen.

[1]) AC 4 f. 57'.
[2]) A. 1503 promoti. Ejus ob. causa primum et quidem 1533 Aug. 4 Malachias Omylloni a S. P. per simplicem provisionem promotus est, annullata et cassata praesentatione a domino loci Duacen. et electione a capitulo Duacen. factis (AC 4 f. 57').
[3]) Pro quo rex Angliae supplic., quare illa provisio, de qua in annot. praeced., revocata esse videtur; die 2 Nov. 1533 S. P. ei munus consecr. impendi iubet.
[4]) Apud. *Gams* 225 desideratur, sec. quem 1552—1570 **Joannes** O'Hinnalan episcopus Duacen. erat.
[5]) Desid. apud *Gams* 225 qui eum solum episc. Laonien. (pag. 224) recenset.

Dublinen.

[1]) AC 2 f. 202'; propter diminut. fructuum 1523 Februar 20 reducitur T. ad 1000 fl. (AC 2 f. 202) et 1529 Sept. 3 ad 600 fl. (AC 4 f. 2).
[2]) A. 1484 promoti et 1511 Maii 14 defuncti.
[3]) Cui 1523 Mart. 16 conced. pallium (AC 2 f. 206).
[4]) JUD., Henrici regis Angliae cancellarius, pro quo ipse rex suppl. cuique 1529 Sept. 10 conced. pallium (AC 3 f. 155').
[5]) Legum dr., pro quo Philippus rex et Maria regina supplic. cuique 1555 Aug. 23 conced. pallium (AC 6 f. 255); 1555 Sept. 8 consecratus, 1559 fit apostata et 1567 ep. *Anglic.* Oxonien., † 1568 m. Oct. Inter eum et antecessorem Joa. Allen erat aep. *Anglic.* Georgius Brown, cons. 1536 Mart 19, depos. 1554. Archiepiscopatus vacat per c. 40 annos.

Dulcinen.

[1]) AC 2 f. 192'.
[2]) A. 1485 promoti. Sec. *Gams* 412 ei succedit „1515 **Laurentius** Boschetti, tr. ad Antibaren. 1517 Sept. 4"; Joannes Armanus desideratur. Cfr. supra 110 s. v. Antibaren.
[3]) Cuius quidem instituti religiosi mentio non facienda erat in litteris provis. (Sch. Ind. 489).
[4]) Ita ut simul remaneat episc. Buduen., qui 1536 Jun. 20 obtinet fac. capiendi possess. ecclesiae Dulc. non exped. litt., die autem 7 Jan. 1545 iubetur personaliter comparere in curia Rom., eo quod plurima gravia delicta commisisse dicitur (AC 5 f. 20).
[5]) Quem adiac. ad 6 menses retinet; eius provisio in consist. proposita erat 1558 Febr. 4 (AC 14 f. 116). Quo mortuo (c. 1565) administr. episc. Dulcinen. committ. archiepiscopo Antibaren.

Dumblanen.

[1]) AC 3 f. 102'. — [2]) A. 1487 promoti.
[3]) Frater germ. epi. ced. (AC 3 f. 102').
[4]) Eius nepos, coadj. c. j. s. (cfr. infra s. v. *Massilitan.*), cui fit gratia de 1/2 expedit.; a. 1570, profugus ex Scotia, obtinet admin. eccl. Vasionen., qua 1587 dimissa fit mon. Carthus., † Romae 1593 Sept. 26.

Dumnen.

[1]) AC 2 f. 149'. — [2]) A. 1490 promoti.
[3]) O. Cist., quem a. 1508 Cordubae degisse constat (Sch. Ind. 489). Hic et qui sequuntur Alvarus atque Andreas titulares tantum erant episcopi Dumnen.

ob. Alvari	Andreas Clemens de Turre cremata[4])	1520 Dec. 19	AC 2 f. 149'
. . . .	Nicolaus de Beganicio (Bogantius)[5])	1536 Jul. 14	AC 5 f. 15
ob. Nicolai de Beg.	Daniel Vocensis (Vocatius) de Spalato[6])	1551 Dec. 2	AC 6 f. 111
cess. Daniel. (c. 1580)	Daniel Vladmirovich O. Min.	c. 1590	Gams 407

Dunelmen. (Durham) in Anglia, suffr. Eboracen. (R. . . ., T. 9000 fl.)[1])

ob. Guilelmi[2])	Christophorus Baynbridge, decanus Eboracen.[3])	1507 Aug. 27	Lat. 1209 f. 75'
tr. Chr. ad Eboracen.	Thomas (Ruthall)[4])	1509 Jun. 11	Sch. Ind. 489
(ob. Tho. 1523 Feb. 4)	(Thomas Wolsey), card. Eboracensis (III, 5)[5])	1523 Mart. 26	AC 2 f. 210
cess. Thomae card.[6])	Cuthbertus Tunstall[7]), ep. London.	1538 Febr. 21	AC 4 f. 11', 3 f. 164

Dunen. et **Conneren.** (Down-Connor) in Hibernia, suffr. Armachan. (T. 230 fl.)[1])

ob. Joannis[2])	Robertus (Blyth), abbas mon. de Torney O. S. B.[3])	1520 Apr. 16	AC 2 f. 128
ob. Tiberii[4])	Eugenius May(a)nisse (Mac-Gennis)[5])	1539 Jun. 16	AC 5 f. 84
ob. Eugenii (1562)	Milerius Magra(te) O. Min. Conv.[6])	1565 Oct. 12	AC 9 f. 128'
priv. Milerii	Donatus Ogalhur O. Min., ep. Aladen.[7])	1580 Mart. 23	AC 15 f. 287'
ob. Donati	Cornelius Odoibenio (Odovany) O. Min.[8])	1582 Apr. 27	AC 15 f. 322'

Dunkelden. (Dunkeld) in Scotia, suffr. s Andreae (R. 3000 fl., T. 450 fl.)[1])

ob. Georgii (Brown)[2])	Gawinus Douglas, praepos. eccl. s. Aegidii[3])	1515 Maii 25	H II 98 (15605/13)
ob. Gavini (a biennio)	Robertus (Cockburn), ep. Rossen.[4])	1524 Apr. 27	Lat. 1477 f. 194
ob. Roberti	Georgius (Crichton), abbas mon. s. Crucis[5])	1526 Jun. 25	AC 3 f. 104
ob. Geo. (1544 Jan. 24)	Robertus Crechtoun, praepos. s. Aegidii[6])	1544 Mart. 17	AC 4 f. 215'
	Joannes Hamilton, abbas mon. de Pasleto[7])	1544 Dec. 17	AC 5 f. 204

Dyrrhachien. seu **Duracen.** (Durazzo) in Epiro, metrop. (R. . . ., T. 50 fl.)[1])

ob. Franc. (1505 Aug. 1)[2])	Nicolaus (Foresio O. Er. s. Aug.)[3])	1505 Sept. 1	Sch. Ind. 489
(ob. Nicolai a. 1511)	Gabriel (Foscus O. Er s. Aug.)[4])	1511	
ob. Gabrielis (1533)	Georgius Stemauga (Stemagu)[5])	1535 Jun. 21	AC 4 f. 86'
ob. Ge. Stemagii	Ludovicus (Blancus) O. Min. Conv.[6])	1540 Apr. 16	AC 5 f. 100'

Ebelon. *v.* **Abelon.**

---

[4]) III Ord. s. Franc. de Poen., prof. theol., minister domus s. Mariae matris Dei Corduben. (Lat. 1399 f. 194).
[5]) Ad resid. non tenetur, suffr. Transilvan. agebat.
[6]) O. Min., prof. theol.

Dunelmen.

[1]) Sch. Ind. 489.
[2]) Senhouse, a. 1502 ab eccl. Carleolen. ad Dunelm. tr.; 1506 fructus ecclesiae vac. assignantur pro repar. ecclesiae cathedr.
[3]) Legum dr., rotulorum regis custos.
[4]) Cons. 1509 Jun. 24 ab aepo. Eboracen. assist. Richardo et Joanne Nigroponten. (suffr. Eboracen.) episcopis.
[5]) Qui erat paratus ad dimitt. eccl. Bathonien.; mon. s. Albini habet in commendam.
[6]) Seu tr. ad Wintonien.
[7]) Pro quo rex Angliae supplic. In actis consist.: Rob. Dostada vel Gualterus Tonstal; depos. 1552 Oct. 14, restit. a. 1554, iterum depos. 1559 Sept. 28; † 1559 Nov. 18. *Episcopatus cessat.*

Dunen.

[1]) AC 2 f. 128.
[2]) Difficile est dictu, quis sit isti Joannes; nam eo tempore non alias ep. Dunen. et Conner. notus est nisi Tiberius, de quo not. 4.
[3]) Dioec. Elien., qui a. 1539—41 suffr. epi. Elien. egisse, 1541 consecrationi Joannis Chamler epi. Petriburgen. ritu *Anglicano* factae, 1547 Oct. 19 ultimam voluntatem declarasse dicitur; cfr. Registrum sacrum Anglicanum, ed. *Stubbs* (ed. II pag. 102 et 205).
[4]) Ugolinus, a. 1485 promoti.
[5]) Adiac. Dunen., quam dignitatem ad 6 menses retinet.
[6]) E civitate Dunen. oriundus, qui 1580 Mart. 14 instante procuratore fiscali s. officii Inquisitionis tamquam haereticus notorius et a s. officio iam solemniter damnatus privatur (AC 15 f. 286). Desid. apud *Gams* 217.
[7]) Cui exped. litterae prov. gratis. Desideratur apud *Gams* 217.
[8]) Is., quocum dispensatur super defectu natalium cuique litterae provis. expediuntur gratis more Hiberno, † martyr. 1612 Febr. 1 (*Gams*, Add. 67). Sedes vacat 1612—1625.

Dunkelden.

[1]) AC 3 f. 23.
[2]) A. 1483 promoti, † 1514 Jan. 14; et irrit. elect. de Andrea Stewart cler. a capit. fact.
[3]) De Edinburg dioec. s. Andreae, de nobili et illustri genere procr., fugit a. 1520 Londinum, ibi † a. 1521/22.
[4]) Desid. apud *Gams* 239.
[5]) Prope Edinburg O. can. reg. s. A., Jacobi Scotiae regis custos, cum facultate deferendi rochettum aliaque ornamenta ad instar epporum. saecul. (Lat. 1482 f. 126').
[6]) De Edinburg, reserv. pens. 400 marc. pro Guil. Crechtoun.
[7]) O. Clun. d. Glasguen., reserv. pens. 500 duc. pro Roberto Wancop presb. dioec. s. Andreae et 1000 libr. pro Alexandro clerico Dunkelden., cui 1546 Mart. 15 conced. fac. deferendi habitum ad instar epporum. saecul. (Sch. Ind. 489). Is cum Roberto litigat in C. R. super eccl. Dunk., quia uterque provisum se praetendit; 1548 Oct. 24 huic Rob. mandatur, ut abstineat a capienda possess. ipsius eccl., donec aliud decretum fuerit (l. c.); 1552 Dec. 2 illud negotium ad signaturam remittitur (AC 6 f. 139), sed jam a. 1547 ille Joannes translatus est ad eccl. s. Andreae. Robertus sedet adhuc a. 1561, quo defuncto iste *cessat episcopatus.*

Dyrrhachien.

[1]) Sch. Ind. 489.
[2]) Quirini, a. 1499 ab eccl. Craynen. ad Dyrrh. tr.
[3]) Sacrista S. S.; 1507 Maii 9 comitatur Julium II in itinere.
[4]) Sacrista S. S., qui simul fit ep. seu potius admin. Castren. in Patrim. cui episc. cedit 1518 Apr. 12 in favorem Georgii Uberti, sed hoc post decenn. circiter cedente eum reassumit ad breve tempus; 1528 Dec. 19 eidem Gabrieli aepo. conceditur ad vitam magisterium capellae pontificiae vac. per ob. Antonii ep. Aversan., in quo magisterio 1533 Dec. 10 post ejus obitum († Savonae, dum ibi papa moratur cum curia) succedit Bernardus ep. Forolivien.
[5]) Cum fac. non accedendi (ad illam eccl.).
[6]) Sec. *Gams* 407 hic „series interrupta", cum non alius successor sit notus nisi Decius Carafa c. 1608.

Eboracen. (York) in Anglia, metrop. (R. . . ., T. 10000 fl.)[1]

ob. Thomae Savage[2])	**Christophorus** (Bainbridge), ep. Dunelmen.[3])	1508 Sept. 22	Lat. 1209 f. 211
ob. Chr. (1514 Jul. 14)	**Thomas** (Wolsey), ep. Lincolnien.[4])	1514 Sept. 15	H I 722 (11684/92)
ob. Tho. (1530 Nov. 29)	**Eduardus** Lee, presb. Londonien.[5])	1531 Oct. 20	Lat. 1547 f. 105
ob. Thomae seu Ed.	**Henricus** de Bruto, can. eccl. de Freringhay[6])	1546 Febr. 19	AC 8 f. 7
certo modo	**Nicolaus** Hith (Heath), cler. Eboracen.[7])	1555 Jun. 21	AC 6 f. 247'

Ebredunen. (Embrun) in Gallia orient.-merid., metrop. (R. 3500 fl.[1]), T. 2400 fl.)[2])

ob. Rostagni[3])	**Nicolaus** card. de Flisco (I, 41), *admin.*[4])	1510 Oct. 12	Sch. Ind. 490
cess. Nicolai	**Julius** card. de Medicis, vicecanc. (III, 2), *admin.*	1518 Jul. 5	AC 2 f. 63
cess. Julii[5])	**Franciscus** de Tournon, praeceptor O. s. Ant.[6])	1518 Jul. 30	AC 2 f. 65'
tr. Fr. ad Bituricen.[7])	**Antonius** de Levis, el. Tricastrin., eius nepos[8])	1526 Jan. 8	AC 3 f. 88'
tr. Ant. el. ad s. Flori	**Balthasar** (Hercules) Jarente, ep. s. Flori[9])	1548 Jan. 9	AC 8 f. 65
ob. Balth. (1555 Jun. 27)	**Robertus** card. de Lenoncourt (VI, 25), ep. Meten.[10])	1556 Mart. 23	AC 14 f. 8
tr. Rob. ad Autissiod.	**Guilelmus** (d'Avançon) de s. Marcello[11])	1560 Febr. 7	AC 7 f. 15'
ob. Guil. (1600 Jul. . .)	**Honoratus** de Laurentiis[12])	1601 Jan. 24	Sch. Ind. 490

Ebroicen. (Evreux) in Gallia septentr., suffr. Rothomagen. (T. 2500 fl.)[1])

ob. Radulfi du Faou[2])	**Ambrosius** le Veneur de Tillières	1511	Sch. Ind. 490
cess. Ambrosii[3])	**Gabriel** le Veneur de T., cler. Sagien.[4])	1532 Sept. 6	AC 4 f. 48'
ob. Gab. (1574 Maii 15 [?])	**Claudius** de Sanctes O. s. Aug.[5])	1574 Nov. 17	AC 15 f. 164
ob. Cl. (ex. a. 1591)	**Jacobus** Davy du Perron[6])	1591 Dec. 11	Sch. Ind. 490

Egitanien. (Idana, cum sede in **Guarda**) in Portugallia, suffr. Ulixbonen. (R. 3000 fl., T. 1000 fl.)[1])

ob. Petri Velasci[2])	**Alfonsus** de Portugalia[3]), scolaris Ulixbon.	1516 Sept. 9	Lat. 1642 f. 123'
cess. Alf. (III, 39) card.[4])	**Georgius** de Mello O. Cist.[5])	1519 Febr. 23	AC 2 f. 82'
ob. Ge. (1548 Aug. 5)	**Christophorus** de Castro, presb.[6])	1550 Mart. 5	AC 8 f. 147', 6 f. 24
ob. Chr. (ex. a. 1552)	**Joannes** de Portugalia, cler. Elboren.[7])	1556 Mart. 23	AC 14 f. 9'

Eboracen.

1) AC 8 f. 7.

2) A. 1501 ab eccl. London. ad Ebor. tr., † 1507 Sept. 3.

3) Provisus nulla mentione de rege Angliae facta; 1511 Mart. 10 promov. in S. R. E. card. (II, 19).

4) Qui 1515 Sept. 10 promov. in S. R. E. card. (III, 5); a. 1516 Leo X ei scribit, ut fidem habeat Silvestro ep. Wigorn., oratori Henrici regis Angliae apud s. sedem, et a. 1517 eum hortatur, ut integram decimam a suo clero ipsi S. P. solvi faciat pro expeditione contra Franc. de Ruvere ducem Urbini; a. denique 1527 idem card. a rege Angliae mittitur ad regem Franciae pro tractanda liberatione pontificis (Clem. VII); cfr. Sch. Ind. 490.

5) Mag. theol., Henrici regis Angliae eleemos., pro quo ipse rex supplic., et cui 1531 Oct. 25 conced. pallium (AC 3 f. 191'). Cons. 1531 Dec. 10, † 1544 Sept. 13. Inter eum et success. Nicolaum erat aep. *Anglic.* Robertus Holdegate, jam ep. Landaven., 1545/55.

6) Dioec. Lincoln., mag. theol., de nobili gen. procr. cum reserv. pens. 1000 duc. pro persona a S. S. nominanda; desid. apud. *Gams* 201.

7) Antea (1540/43) Roffen. ep. *Anglican.* Mag. theol., pro quo Philippus rex et Maria regina Angliae supplic. cuique 1555 Aug. 23 conced. pallium (AC 6 f. 254'); qui amotus ab Elisabeth reg. Angliae † 1579. *Episcopatus cessat.*

Ebredunen.

1) AC 2 f. 63.

2) AC 2 f. 65, 14 f. 8, 3 f. 88'; alias: 1000 fl. (AC 2 f. 63 et 75).

3) A. 1494 ab eccl. Foroiulien. ad Ebred. tr., qui 1504 prioratui s. Martini de Bambanatio, quem in comm. habebat, cedit et prioratum de Cadarossia O. Clun. obtinet una cum ann. pens. 30 duc. super fruct. cuiusd. eccl.; 1506 Nov. 1 ut orator regis Galliae Imolae apud Julium II moratur et 1510 Maii 14 mon. s. Ruffi Valentin. in comm. obtinet, pro cuius serv. comm. offert 300 fl. (Sch. Ind. 490); † Romae 1510 Jul. 27.

4) Desid. apud *Gams* 549, sec. quem Julius de Medicis jam a. 1510 fit admin. Ebred. — 5) Reserv. regr. et fruct. (AC 2 f. 75).

6) Praeceptoria montis Busonis dioec. Lugd., de nobili et baronum gen. ex utr. par. procr., subdiac., cum dispens. quoad interstitia in recip. s. ordin. et „ut a quocumque" (Lat. 1365 f. 285); cui 1523 Maii 4 conced. pallium (AC 2 f. 216).

7) Reserv. ann. pens. 100 duc.

8) Hactenus clericus tantum, de nobili gen. ex utr. procr., a Ludovica ducissa Engolismensi, Francisci regis Franciae genitrice, commend. (Lat. 1454 f. 75), cui 1526 Jan. 12 conced. pallium (AC 3 f. 89).

9) Nomin. a rege Franc.

10) Nomin. a rege Franc.

11) Cler. Gratianopol., nomin. a rege Franc., qui 1563 Jan. 14 advenit Tridentum (Sch. Ind. 490); 1566 Apr. 3 ei conced. pallium, pro quo et in futurum pro multis aliis nihil unquam solvatur et restituantur omnes pecuniae propterea depositae (AC 9 f. 143).

12) Cui 1601 Jan. 24 conced. pallium, intron. 1601 Dec. 16, † 1612 Jan. 24 Parisiis.

Ebroicen.

1) Eubel II² 148.

2) A. 1479 ab eccl. Engolismen. ad Ebroicen. tr., qui 1503 Oct. 13 pro serv. comm. mon. s. Taurini Ebroicen., 1503 Oct. 8 a Pio III sibi collati, offert 1144 fl. (Sch. Ind. 490); † 1511 Febr. 2.

3) Reserv. coll. benef. et admin. usque ad legit. aet. successoris.

4) In 16. a. const., usque ad a. 27. admin., qui 1562 Nov. 13 advenit Tridentum et 1563 Jul. 30 deputatur in causa patr. Aquilegien. (Sch. Ind. 490).

5) Dr. Sorbonicus, nomin. a rege Franc., a cuius concionibus erat; litterae provis. exped. gratis in gratiam ipsius regis.

6) Consiliarius Henrici IV regis Franc., postm. promov. in S. R. E. card. et aepum. Senonen.

Egitanien.

1) AC 2 f. 82'.

2) A. 1496 promoti, qui 1504 Jun. 30 et 1507 Nov. visitat limina per procur.

3) Emmanuelis regis Port. filius, in 8. a. const., pro quo **Michael** de Silva, orator ipsius regis, postm. S. R. E. card. (VI, 39), regimen usque ad 21 supradicti Alfonsi suscipere iubetur.

4) Seu ejus tr. ad Visen. et cess. Michaelis vicarii.

5) Cui S. P. 1544 Jul. 12 absolutionem a quadam censura impendi iubet, quique 1547 Dec. 28 absolvitur a delictis (Sch. Ind. 490).

6) Regis Port. consiliarius, quocum dispens. super def. nat. (utpote de coniugato ex illustri genere et soluta genito), cassata pens. 1000 duc. super fruct. eccl. Lamecen. ei assignata et reserv. nova pens. duc. 750 super Egitanien. et 1000 super Lamecen. eccl. fruct. pro Juliano de Alva el. Portugalen.

7) Mag. in art., consobrinus Joannis regis Port., pro quo ipse rex supplic., reserv. ann. pens. 500 duc. pro Gasparo ep. Funchalen. et aliis; insuper capitulo eccl. Egit., eo quod per erect. episcopatus Portalegren. a dioec. Egit. dismembrati quosdam redditus perdidit, 1000 duc. super fruct. mensae episc. Egit. assignantur, remanentibus antiquis pens. Die 6 Dec. 1556 eidem Joanni el. munus consecr. impenditur (Sch. Ind. 490). A. 1563 Henrico card. Portugaliae (VI. 63) visitatio committ. quarundam eccl. paroch. dioec. Egit., quamdiu Joannes ep., qui rectores earumdem vexare dicebatur, vixerit (Sch. Ind. 490).

priv. (ob.) Jo. de P.	**Emmanuel** de Quadros, presb. Ulixbon.[8])	1585 Dec. 11	AC 18 f. 32', 10 f. 82
ob. Emman. (1593)	**Nunius** (de Noronha), ep. Visen. († 1608 Nov. 27)	1594 Aug. 22	Sch. Ind. 490

Eistetten. *v.* **Eystetten.**

Elboren. (Evora) in Portugallia, suffr. Ulixbonen., ab a. 1540 metrop. (R. 4000 fl.[1]), T. 2000 fl.)[2])

ob. Alfonsi de Port.[3])	**Alfonsus** card. de Portugalia (III, 49)	1523 Febr. 20	AC 2 f. 200'
ob. Alf. (1540 Apr. 21)[4])	**Henricus** de Portugalia, aep. Bracharen.[5])	1540 Sept. 24	AC 5 f. 109'
res. Henr. card.[6])	**Joannes** de Mello, ep. Silven.[7])	1564 Jun. 21	AC 7 f. 166', 9 f. 100'
(ob. Jo. 1574 Aug. 6)	**Henricus** card. de Portugalia (VI, 63)	1574 Dec. 15	AC 15 f. 166
Henr. card. senesc.	**Theutonicus** de Bragantia, coadj. c. j. s.[8])	1578 Jul. 4	AC 15 f. 250

Electen. (Alet) in Gallia merid., suffr. Narbonen. (R. . . ., T. 1500 fl.)[1])

ob. Guilelmi[2])	**Petrus Raim.** de Guertio, presb. Agathen.[3])	1508 Jun. 7	Lat. 1209 f. 219
ob. Raimundi[4])	**Guilelmus** de Gaudiosa (Joyeuse), subdiac.[5])	1524 Oct. 27	Lat. 1445 f. 65
res. Guil. de Gaud. sen.[6])	**Guilelmus** de Gaudiosa jun.[7])	1541 Jan. 28	AC 5 f. 119'
res. Guil. de Gaud. jun.[8])	**Franciscus** de l'Estrange, cler. Nemausen.[9])	1560 Jan. 26	AC 7 f. 10'
ob. Francisci (1564)	**Antonius** Dax (d'Acqs), can. ips. eccl.[10])	1565 Jun. 8	AC 9 f. 122'
ob. (Antonii)[11])	**Christophorus** de l'Estang, ep. Lodoven.[12])	1594 Sept. 5	Sch. Ind. 490

Elfinen. seu **Elphinen.** (Elfin) in Hibernia, suffr. Tuamen. (R. . . ., T. 66²/₃ fl.)[1])

ob. Georgii Brann[2])	**Joannes** (Max), abbas mon. de Welbek[3])	1525 Apr. 7	Lat. 1454 f. 121
ob. Joannis (1536 Maii 25)	**Guilelmus** Magin, can. Dromoren.[4])	1539 Jun. 16	AC 5 f. 84
ob. Guilelmi	**Gabriel** de s. Serio, prior pr. de Bousnes[5])	1539 Aug. 27	AC 5 f. 89
tr. Gabr. ad Fernen.	**Bernardus** (Idonayll O. Min. Obs.), ep. Fernen.	1541 Jun. 3	AC 5 f. 128
ob. Bernardi	**Bernardus** Ykigin (O'Higgin) O. Er. s. Aug.	1542 Maii 5	AC 5 f. 148'
ob. Ge. Brann et Bern.[6])	**Joannes** Hyedian, ep. Corkagen. et Clonen.[7])	1545 Febr. 20	AC 5 f. 213
ob. Bern. Ohuigum[8])	**Andreas** Yercan (O'Crean) O. Praed. († 1594)	1562 Jan. 28	AC 7 f. 112

Elien. (Ely) in Anglia, suffr. Cantuarien. (R. . . ., T. 7500 fl.)[1])

(ob. Riccardi Redman)[2])	**Jacobus** (Stanley)[3])	1506 Jul. 18	Sch. Ind. 490
ob. Jac. (1515 Mart. 22)	**Nicolaus** West, dec. capellae reg. de Windesora[4])	1515 Jul. 27	H II 152 (16705/12)

---

[8]) Reserv. ann. pens. c. 5150 duc. pro diversis personis nominatis.

Elboren.

[1]) Ac. 2 f. 200'; alias 22 000 fl. (AC 5 f. 109').
[2]) AC 2 f. 200' et 5 f. 109'.
[3]) A. 1486 promoti.
[4]) Eccl. Elboren. nunc metrop. fit cum suffr. Silven. et Septen. ac praepositura de Olivenza null. dioec., quae a. 1570 erigitur in eccl. cathedr. de Elvas.
[5]) Qui 1540 Nov. 15 obtinet pallium (AC 5 f. 114) et 1545 Dec. 16 in S. R. E. card. promov.
[6]) Reserv. magna pens.
[7]) Pro quo rex Port. supplic., reserv. quadam pens. et pro collegio S. J. Elboren. et pro officio inquisit. civ. Elboren.; 1564 Jul. 14 eidem pallium conced. (AC 7 f. 170' et 9 f. 101'). Die 23 Jul. 1568 **Armator** Avrail de Mendoza O. Carm., mag. theol., ep. Adrumetin., suffr. (auxil.) deputatur Joanni de Mello aep. Elb., quia ipse est maior inquisitor in regno Port., assignata ei pens. 400 duc. (AC 10 f. 19).
[8]) Ex stirpe regia, dr. theol., qui interim fit ep. (tit.) Fessen. seu Fecen. *(Fez)*; 1579 Jan. 16 obtinet pallium (AC 15 f. 264); † 1602 Jul. 29.

Electen.

[1]) AC 3 f. 51', 5 f. 119'.
[2]) A. 1489 promoti et a. 1508 defuncti; 1500 Apr. 8 eccl. Electen. vacatura per cessum vel decessum Guilelmi epi. reservatur Petro de Lanafranca protonot. apost.
[3]) Notario apost., de nobili genere ex utr. par. procr. — Defuncto Guilelmo epo. a cap. Electen. electus et a metropolita confirmatus esse videtur **Joaones** de Podio; nam in Sch. Ind. 490 annotantur haec: „1511 Jun. 26 Joannis de Podio abb. mon. s. Tiberii dioec. Agathen., electi et confirmati in epum. Electen., procura ad resign. epatum in favorem Petri Raim. abb. commend. mon. de Soricinio dioec. Vauren.", qui 1510 Jan. 5 pro serv. communi huius mon. 1509 Aug. 3 sibi commend. obtulit 1300 fl.
[4]) Et cedente **Aegidio** de Turre cler. Lemovicen. ac notario apost. juri suo praetenso, qui sec. *Gams* 486 die 12 Jan. 1525 (1524?) electus est (in ep. Electen.).
[5]) Can. Vivarien., de nobili vicecomitum gen. procr., pro quo rex Franciae supplic., reserv. ann. pens. 1000 libr. Turon. pro (praedicto) Aegidio de Turre.
[6]) Reserv. ½ fruct. et collat. benef.
[7]) In 17. a. const., usque ad 27. admin.
[8]) Quae cessio in favorem Francisci „de la Francia" proposita est in consist. 1559 Apr. 7 et denuo poposita, sed non expedita propter oppositiones factas, 1559 Apr. 17 (AC 14 f. 149' et 151').
[9]) In 27. a. const., nomin. a rege.
[10]) Decr. dr., annos agens 70, nobilis, praesent. a rege Fr.; fidei professio fit per eum iuxta formam legitimam; cum retent. mon. s. Polycarpi O. s. Ben. dioec. Narbonen. et reserv. ann. pens. 2000 libr. Tur. pro quodam presb. Vivarien. ac 500 pro quodam milite s. Jacobi de Spata.
[11]) Cum is iam a. 1565, quo promotus est, septuagenarius fuerit, eius autem successor Christ. a. 1594 succedat, ipsa ecclesia Electen. per longum tempus vacavisse videtur; sec. *Gams* ille Ant. „res., quo anno, nescitur."
[12]) Sec. *Gams* tr. 1602, cf. infra Lodoven. not. 14. Tr. ad Carcassonen. 1603 Sept. 24.

Elfinen.

[1]) AC 3 f. 61; al. 60 fl. (AC 5 f. 84).
[2]) A. 1499 ab eccl. Dromoren. ad Elf. translati et ante 1524 defuncti.
[3]) O. Praem. dioec. Eboracen., quod retinet, pro quo Henr. rex Angliae supplic. (AC 3 f. 6').
[4]) Quocum dispens. super def. nat.
[5]) O. s. Ben. Ambianen., cui 1541 Febr. 18 prorog. tempus consecr. ad 6 menses (Sch. Ind. 490). Etiam sec. *Gams* Add. 68, qui eum Gabr. de s. Sevo nominat, 1541 tr. ad Fernen.
[6]) Ydonail (O'Donnel, quod cognomen supradicto Bernardo ep. Fernen. competit), possessione (ecclesiae Elf.) non habita.
[7]) Ita ut ep. Cork. et Cl., quas dioecesis a schismaticis detentas obtinere non potest, esse non desinat.
[8]) O' Higgin.

Elien.

[1]) Sch. Ind. 490.
[2]) A. 1501 ab eccl. Exonien. ad Elien tr., † 1505 Aug. 24.
[3]) In litteris provis. ejus nulla mentio de rege Angliae facta est. Cons. 1506 Nov. 8.
[4]) Dioec. Saresberien., Dr. u. j. Cons. 1515 Oct. 7.

ob. Nic. (1533 Apr. 28)	**Thomas** Goodrich, cons.[5])	1534 Apr. 19	Gams 188
ob. Tho. (1554 Maii 10)	**Thomas** Thirlby[6])	1555 Jun. 21	AC 6 f. 245

Elnen. (Elne)[1]) in Gallia orient.-merid., immed. subj., olim suffr. Narbonen. (R. 1500 fl., T. 1500 fl.)[2])

ob. Francisci card.[3])	**Jacobus** card. de Serra (I, 28)[4]), *admin.*	1506 (Sept. 5)	Sch. Ind. 490
res. Jacobi card.[5])	**Joannes** de Villalva, cantor Placentin.[6])	1513 Mart. 19	H I 39 (696/700)
tr. Jo. ad Calagur.	**Bernardus** de Mesa O. Praed., ep. Trinopol.	1515 Sept. 10	Sch. Ind. 490
ob. B. (Romae [?] 1524)[7])	**Guilelmus** Vaud(en)es, eleemos. maior[8])	1524 Nov. 14	AC 3 f. 46'
tr. Guil. ad Caurien.	**Ferdinandus** Valdes, cler. Oveten.[9])	1529 Maii 24	AC 3 f. 150
tr. Ferd. ad Aurien.	(**Hieronymus**) card. de Auria (V. 16), *admin.*	1530 Jan. 12	AC 3 f. 161'
tr. Hier. ad Oscen.	**Jacobus** Richi, abbas mon. de Ripoll[10])	1534 Jul. 3	AC 4 f. 71'
ob. Jacobi (c. 1537)	**Hieronymus** de Requesenz (Crescentiis)[11])	1537 Jul. 23	AC 5 f. 38
tr. Hier. ad Dertusen.	**Ferdinandus** de Loazes, cler. Cartagin.[12])	1542 Maii 5	AC 5 f. 149
tr. Ferd. ad Ilerden.	**Petrus** Augustini, cler. Caesaraugust.[13])	1543 Aug. 6	AC 5 f. 174
tr. Petri ad Oscen.	**Michael** de Puig (Podio), can. Barchinon., JUD.[14])	1545 Jun. 8	AC 5 f. 233
tr. Mich. ad Urgellen.	**Raphael** Ubac, can. Barchinonen.[15])	1555 Jul. 17	AC 6 f. 252
ob. Raphaelis	**Lupus** Martinez de Cuvilla, cler. Albarazin.[16])	1558 Jul. 20	AC 14 f. 125
ob. Lupi	**Petrus** Martyr Coraca (Coma) O. Praed.[17])	1569 Jan. 14	AC 15 f. 38'
ob. Petri (1578 Mart. 5)	**Joannes** Teres, ep. Maroch. et suffr. Terracon.[18])	1579 Maii 22	AC 15 f. 271
tr. Jo. ad Dertusen.	**Petrus** Benedictus de s. Maria[19])	1586 Oct. 1	AC 10 f. 59'
ob. Petri	**Augustinus** Gaillart, abbas O. s. Ben.[20])	1588 Jul. 27	AC 10 f. 138, 18 f. 94'
ob. Augustini	**Franciscus** Robusterius de Sala[21])	1591 Jan. 7	AC 11 f. 7, 18 f. 154
tr. Franc. ad Vicen.	**Onufrius** Ruart (Reart), can. Barchinon.[22])	1599 Febr. 1	Sch. Ind. 490

Elven. seu **Eluen.** (Elvas) in Portugallia, suffr. Elboren. (R. 3600 fl., T. 1000 fl.)[1])

noviter erectae[2])	**Antonius** Mendez (de Carvalho[3])	1570 Jun. 9	AC 15 f. 69
ob. Ant. (1591 Jan. 9)	**Antonius** de Matos de Norogna[4])	1591 Nov. 20	AC 18 f. 177, 11 f. 61'
ob. Ant. (1610 Nov. 16)	**Rodericus** Perez (de Veiga)	1612 Oct. 22	Sch. Ind. 490

Enen. *v.* **Aenen.**

Engolismen. (Angoulême) in Francia, suffr. Burdegalen. (R. . . ., T. 1000 fl.)[1])

ob. Hugonis de Bauza[2])	**Antonius** de Stagno (Destaing)[3])	1506 Sept. 16	Sch. Ind. 490
ob. Antonii (c. 1523)	**Antonius** de la Barre, can. ips. eccl.[4])	1524 Jan. 14	Lat. 1482 f. 58

[5]) Ab aepo. Cantuar. Thoma Cranmer assisten. Joanne Lincolnien. et Christoph. Sidonien. eppis.

[6]) Qui erat antea epus. *Anglicanus* Westmonasterien. (1540) et Norwicen. (1550), quas ecclesias ab Henrico et ab Eduardo regibus acceperat, pro quo Maria reg. Angliae et Philippus rex suppl.; dejectus a. 1559 † in Lambeth 1570 Aug. 26.

Elnen.

[1]) Cujus pars tunc ad regnum Arag. pertinebat.
[2]) AC 5 f. 149; T. alias: 1600 fl. (Sch. Ind. 490 ad 1515 Sept. 10).
[3]) De Loris (I, 45) a. 1499 promoti; † 1506 Jul. 22.
[4]) Aep. Arboren.
[5]) Reserv. fruct.
[6]) Notarius apost., quo officium sollicitatoris litter. apost. resignante idem officium 1514 Jul. 14 Joanni Bapt. el. Valven. committitur; cfr. H I 653 (10419/20).
[7]) Seu ejus tr. ad Pacen.
[8]) Nomin. a Carolo rege Hisp.; quae tamen propositio illo die non expedita, sed voluntas S. S. exspectata est.
[9]) 1529 Oct. 18 Ferd. el. consecratur Matriti (Sch. Ind. 490).
[10]) Seu Rivopullo O. s. Ben. dioec. Vicen., praesent. a Carolo imper. (Lat. 1600 f. 272); qui cessit omni juri super mon. Montis Aragonum sibi competenti ac liti in fav. Joannis Quintana.
[11]) Cler. Barchinon., quocum dispens. super def. nat.
[12]) Nomin. et praesent. a caesare, reserv. ann. pens. 400 duc. pro nominandis a S. S.
[13]) Praesent. a caesare.
[14]) Praesent. a caesare, a quo 1548 Nov. 14 deputatur pro reform. tribunalium regni Valentiae; 1551 Sept. 1 — 1552 Apr. 28 aderat concilio Trid.
[15]) Praesent. a caesare.
[16]) Lic. in utr. jure, inquisitor haer. prav., praesent. a Philippo rege Hisp., cujus provisio proposita est tertia die ante (AC 14 f. 122'); 1562 Jun. 3 advenit Tridentum (Sch. Ind. 490).
[17]) Nomin. a Phil. rege cath.; eidem, qui illico partem serv. comm. persolvit, prorogatur ad annum terminus solvendi aliam partem.
[18]) Nomin. a rege cath., cassata pensione Terraconensi.
[19]) Presb. Barchinon., dr. theol., nomin. a rege cath.
[20]) Praesent. a rege cath.
[21]) Presb. et vic. gen. Barchinon., nomin. a rege cath.
[22]) Quo sedente enixis Philippi II cath. regis precibus *sedes Elnen. transfertur* a Clemente VIII. a. 1602 *Perpinianum.*

Elven.

[1]) AC 15 f. 76.
[2]) Erigendo eccl. b. M. de Olivença (v. s. v. Elboren. not. 4) in cathedr., cui nonnulla loca dioec. Elboren. oppido de Elvas vicina applicata sunt, cum redditibus ad summam 5000 duc. ascend. Jus patron. regi Portug. non conceditur, sed jus tantum nominandi sicut in aliis eccl. Lusitaniae; attamen 1570 Oct. 20 illud ipsum jus ei conceditur (AC 15 f. 76). Qui quidem episcopatus c. a. 1860 supprimitur.
[3]) Pensionem super fruct. eccl. Elven. a rege petitam pro personis nominatis S. S. recusavit, imo reservavit pro sustent. archidiaconi et 4 canonicorum, donec dos pro capitulo assignata suum sortiatur effectum; 1579 S. S. epo. Elven. indulget, ut deficientibus magistris et doctoribus, qui praebendas magistrales et doctorales implere debent, baccalaureos in theol. et jure can. substituere valeat (Sch. Ind. 490).
[4]) Licent. in jure civ., approb. in canocico, nomin. a rege cath. tamquam rege Lusitaniae, cum reserv. ann. pens. 1000 duc. pro personis nominandis; † 1616 Mart. 7 (al. 17).

Engolismen.

[1]) AC 3 f. 65. — [2]) A. 1503 promoti.
[3]) Cui 1513 Mart. 19 confertur decanatus eccl. Lugdun. (H I 40 nr. 709).
[4]) De nobili gen. procr., notarius apost., regi Fr. gratus et acceptus; nova de eo fit provisio 1525 Mai 12, ubi dicitur „nomin. a rege Fr." (AC 3 f. 65).

tr. Ant. ad Turon.	**Jacobus** Babou, dec. eccl. b. Martini Turon.[5]	1528 Mart. 16	AC 3 f. 137
ob. Jac. (1532 Nov. 26)	**Philibertus** Babou (ejus frater)[6]	1533 Jan. 13	AC 4 f. 52
res. Philib. card.[7]	**Carolus** de Bonis, presb. Florentin.[8]	1567 Jun. 4	AC 9 f. 167

Ephesin. (**Ephesus**) in Asia, metrop., tit.[1]

Epiphanien. (**Epiphania**) in Cilicia, suffr. Mamistren., tit.

. . . .	**Michael**, sed.	1520	Sch. Ind. 490
certo modo	**Franciscus** de Themesvar, thesaur. eccl. Strigonien.[1]	1536 Mart. 15	AC 5 f. 9', 4 f. 96

Eporedien. *v.* **Iporegien.** — **Eracleen.** *v.* **Heracleen.** — **Erbipolen.** *v.* **Herbipolen.**

Ereforden. *v.* **Hereforden.** – **Ergadien.** *v.* **Lismoren.** — **Esculan.** *v.* **Asculan.** — **Esin.** *v.* **Aesin.**

Eugubin. (Gubbio) in Umbria, immed. subj. (R. . . ., T. 400 fl.)[1]

tr. Franc.[2] ad Mimaten.	**Antonius** de Ferreriis, mag. domus S. S.[3]	1504 Aug. 13	Sch. Ind 491
ob. Antonii card. (II, 8)	**Federicus** (de Campofregoso), el. Salern.[4]	1508 Jul. 28	Lat. 1261 f. 17
ob. Federici card. (VI, 28)	**Petrus** card. Bembus (VI, 27)[5]	1541 Jul. 29	AC 5 f. 132
tr. Petri ad Pergomen.	**Marcellus** card. Cervinus (VI, 33), ep. Regien.[6]	1544 Febr. 29	AC 5 f. 187'
ass. Marcelli ad S. P.	**Jacobus** card. de Sabellis (VI, 38)	1555 Maii 29	AC 6 f. 240'
cess. Jacobi card.[7]	**Marianus** de Sabellis, el. Neocastren.[8]	1556 Febr. 6	AC 14 f. 4'
ob Mar. (1599 Sept. 19)	**Andreas** Sorbolongus († 1616 Apr. 13)	1600 Mart. 15	Sch. Ind. 491

Exonien. (**Exeter**) in Anglia, suffr. Cantuarien. (R. 8000 fl., T. 6000 fl.)[1]

ob. Joannis Arundell[2]	**Hugo** Uldo (Oldham), capell. et consil. regis[3]	1504 Nov. 27	AC 12 f. 68'
ob. Hug. (1519 Jun. 25)	**Joannes** (Voysey, Harmon)[4]	1519 Aug. 31	AC 2 f. 104'
ob. Jo. (1554 Oct. 23)	**Jacobus** Turberville, cler. Exonien.[5]	1555 Jun. 21	AC 6 f. 248

Eystetten. (**Eichstätt**) in Germania, suffr. Maguntin. (R. 20000 fl., T. 800 fl.)[1]

ob. Gabrielis de Eyb[2]	**Christophorus** imp. Rom. maresc. (de Pappenheim)[3]	1535 Jan. 28	AC 5 f. 8
ob. Christ. (1539 Jun. 19)	**Mauritius** de Hutten, praepos. Herbipolen.[4]	1540 Maii 7	AC 5 f. 102'
ob. Maur. (1552 Dec. 8)	**Eberhardus** ab Hirnheim, praepos. Salzeburg.[5]	1553 Febr. 22	AC 6 f. 152'
ob. Eberh. (1560 Jul. 4)	**Martinus** a Schaumberg, decanus ips. eccl.[6]	1560 Sept. 4	AC 7 f. 54'
ob. Mart. (1590 Jun. 28)	**Caspar** de Seckendorff, can. Bamb. et Herbip.[7]	1591 Jan. 23	AC 11 f. 9, 18 f. 155'

Faesulan. *v.* **Fesulan.**

---

[5]) Magister ordin. requestarum hospitii regis Fr. et Ludovicae ducissae Engolism. eleemosynarius maior, in 17. a. const., admin. usque ad 27.

[6]) Nomin. a rege Franciae, in a. 20. const., admin. usque ad aet. legit., qui a. 1556 m. Febr. degit in Urbe et a. 1560 legatus regis Fr. in Urbe est (Sch. Ind. 490); 1561 promov. in S. R. E. card. (X, 5) et a. 1563 tr. ad eccl. Autissiodoren.

[7]) De Burdiseria, reserv. ann. pens. 2000 libr. Tur.

[8]) Nomin. a rege, cum retent. prioratus b. M. de Culturis dioec. Pictaven. non curati; † 1603 Dec. 14.

Ephesin.

[1]) Cfr. Fulginaten. ad a. 1522.

Epiphanien.

[1]) Suffr. epi. Quinqueecclesien.

Eugubin.

[1]) AC 4 f. 174'; alias 133 1/3 (AC 14 f. 4').

[2]) De Ruvere, a. 1492 promoti.

[3]) Sch. Ind. 491.

[4]) Qui 1538 queritur de frequentibus camerae apost. exactionibus, ex quibus clerus exhaustus est; 1540 obtinet fac. conferendi benef.

[5]) Cui 1542 Aug. 22 innovatur fac. testandi (Sch. Ind. 491).

[6]) Cui 1544 Mart. 10 fac. confer. benef.

[7]) Reserv. palatio seu domo mon. b. M. de Alfiolo O. s. Ben. dioec. Eugubin. et aliis juribus (cfr. AC 14 f. 56).

[8]) Qui 1556 m. Febr. in Urbe degit, 1559 Mart. 14 gubernator Urbisveteris fit, 1562 Jan. 18 — Sept. 17 adest concilio Trid.

Exonien.

[1]) AC 12 f. 08'; R. alias 4000 fl. (AC 2 f. 104).

[2]) A. 1502 ab eccl. Conventren. ad Exonien. tr., † 1504 Mart. 15.

[3]) Cons. 1505 Jan. 5.

[4]) Decanus capellae regis Anlgiae. Cons. 1519 Nov. 6. Resign. 1551 Aug. 18, restit. 1553 Sept. 28 (*Gams* 189). Deposito Joanne annis 1551—53 sedebat Milo Coverdale ep. *Anglicanus*, † 1568.

[5]) Cons. 1555 Sept. 8 ab Edmundo Londonien., Thoma Elien., Mauritio Roffen. eppis. Dejectus a. 1559, † 1559 Nov. 1. *Episcopatus cessat.*

Eystetten.

[1]) AC 4 f. 156. — [2]) A. 1497 promoti, † 1535 Oct. 30.

[3]) El. a capitulo, cui 1536 Jan. 1 fac. gubernandi litteris confirm. nondum obtentis; 1538 Jan. 15 eximitur a visit. liminum ad quinquennium (Sch. Ind. 491).

[4]) El. a capitulo, reserv. ann. pens. 2000 fl. pro Joh. Alb. march. de Brandenburg super fruct. praepos. Herbipol., quam retinet. Cui 1539 Jul. 6 fac. se immiscendi temporalibus et spirit. confirmatione apost. nondum obtenta; 1540 Febr. 1 prorog. tempus petendae confirm., 1540 Sept. 24 fac. cap. possess., 1540 Nov. 11 prorog. tempus recip. consecr. ad annum, 1540 Dec. 15 relaxatur visitatio liminum ad sexennium, 1541 Febr. 8 prorog. tempus recip. ordines, item 1550 Jun. 15 ad septennium (Sch. Ind. 491).

[5]) Postul. a capitulo, qui 1559 Sept. 5 visitat limina per procur. (Sch. Ind. 491).

[6]) El. a capitulo, cui fac. retin. canonic. Bambergen., Eysteten., Augusten. ad 6 menses.

[7]) El. a capitulo, cum fac. retin. illos canon. et dispens. super eo, quod non est doctor. Cui 1593 Nov. 18 Joannes Conradus de Gemmingen conced. in coadj. c. j. s.; † 1595 Apr. 28.

Famagustan. (**Famagosta**)[1] in ins. Cypro, suffr. Nicosien. (T. 1500 fl.)[2]

tr. Aloysii[3] ad Jadren.	**Marcus** card. Cornarus (I, 35), *admin.* Veron.[4]	1503 Dec. 11	Lat. 1129 B f. 325
cess. Marci card.	**Matthias** de Ugonibus, can. Brixien.[5]	1504 Jul. 1	Lat. 1129 B f. 218'
cess. Matthiae[6]	**Joannes Franciscus** de Ugon., ejus nepos[7]	1530 Jan. 10	AC 3 f. 160
ob. Jo. Francisci	**Philippus** Bonus[8]	1543 Oct. 29	AC 5 f. 176'
ob. Phil. in C. R.	**Victor** de Francischis presb. Venet.[9]	1552 Febr. 12	AC 6 f. 117
Vict. senesc.	**Hieronymus** Ragazonus, coadj. c. j. s.[10]	1561 Jan. 15	AC 7 f. 68
tr. Hier. ad Chissamen.	**Albertus** Valerius, presb. Venet., in 30. a. const.[11]	1591 Febr. 13	AC 11 f. 14, 18 f. 158
tr. Alb. ad Veronen.	**Petrus** Valerius Venetus	1611 Maii 18	Sch. Ind. 491

Fanen. (**Fano**) in Italia media, immed. subj. (R. 500 fl., T. 200 fl.)[1]

ob. Joannis Bapt.[2]	**(Gre)gorius** Gherius, cler. Pistorien.[3]	1518 Nov. 10	Lat. 1400 f. 315
cess. Gorii[4]	**Hercules** card. Gonzaga (V, 4), *admin.*	1524 Febr. 17	AC 3 f. 137
cess. Herc card.	**Cos(i)mus** (Gherius), in 14. a. const., *admin.*	1530 Jan. 24	AC 3 f. 162'
cess. Herc. card.[5]	**Petrus** B. Bertanus O. Praed., Mutinensis[6]	1537 Nov. 28	AC 5 f. 46'
cess. Herc. card.[7]	**Hippolytus** Capilupus, cler. Mantuanus[8]	1560 Jan. 21	AC 7 f. 8'
cess. Hippolyti	**(Franciscus)** Rusticellus[9], ep. Venusin.	1567 Jan. 31	AC 5 f. 162'
ob. (Francisci 1587)	**Julius** Ottinellus, ep. Castren.[10]	1587 Sept. 28	AC 10 f. 101[11]

Faren. *v.* **Pharen.**

Faventin. (**Faenza**) in Italia super., immed. subj. (R. . . ., T. 400 fl.)[1]

ob. Joannis Bapt.[2]	**Jacobus** Pasi (adh. laic., 1509 orat. civit. Faventin.)	1510 Apr. 8	Sch. Ind. 491
ob Jac. (1528 Jul. 19)	**Petrus Andreas** Gambari, auditor rotae	1528 Aug. 7	AC 3 f. 141'
ob. Petri (1528 Sept. . .)	**Rodulphus** de Piis, Carpensis, in 28. a. const.[3]	1528 Nov. 13	AC 3 f. 144
cess. Rod. card.[4]	**Theodorus** Pius, ejus frater († 1561 Nov. . .)[5]	1544 Oct. 10	AC 5 f. 197
cess. Rod. card.[6]	**Joannes Bapt.** Sighisellus, presb. Bonon.[7]	1562 Mart. 18 al. Maii 8	AC 7 f. 114
ob. J. B. (1575 Jul. 12)	**Annibal** de Grassis, Bononiensis[8]	1575 Jul. 23	AC 15 f. 180'
cess. Annibalis[9]	**Joannes Ant.** de Grassis, ejus frater[10]	1585 Mart. 18	AC 18 f. 21

Fecen. seu **Fessen.** (**Fez**) in regno Marochitano, tit.

ob. Alvari	**Franciscus** Ferdinandi, presb. Ulixbonen.[1]	1496 Sept. 27	Eubel II² 186
certo modo	**Franciscus** Messia de Molina[2]	1533 Sept. 3	AC 4 f. 58

Famagustan.

1) Sub dominio Venetorum. — 2) Sch. Ind. 491.
3) Cippici a. 1488 promoti.
4) Annos 24 natus.
5) JUD., notarius apost., de nobili gen. procr., qui a. 1523 gubern. Parmae agit (Sch. Ind. 491).
6) Reserv. 1/2 fruct.
7) Qui 1535 Jun. 19 eximitur a visit. liminum (Sch. Ind. 491).
8) Reserv. pens. 50 duc. pro nominando a S. S. (AC 4 f. 208'); 1544 Apr. 19 S. S. ei munus consecr. impendi iubet; 1547 Jan. 13 — Jun. 7 aderat concilio Trid. (Sch. ind. 491).
9) Reserv. pens. 250 duc. pro nominandis a S. S.; 1552 Mart. 3 ei conced. fac. cap. possess. litteris nondum exped.; T. pro hac vice reducitur ad 160 fl.
10) Cantor eccl. Corcyren., in a. 26. const., ep. tit. Nazianzen., qui 1561 Dec. 20 advenit Tridentum, 1563 Dec. 3 orationem habuit in IXa sess. concilii, 1572 fit admin. Chissamen.
11) In a. 30. const., coadj. c. j. s. Augustini card. Valerii (XII, 24), episcopi Veronen., quo a. 1606 mortuo succedit ut episc. Veron.

Fanen.

1) AC 2 f. 73; T. alias 300 fl. (AC 4 f. 9 et 5 f. 46'.
2) De Bertuciis, a. 1500 promoti, † a. 1518.
3) Legum dr., protonotarius apost. (AC 2 f. 73).
4) Reserv. 1/2 fruct., collat. benef., denomin.
5) Reserv. regr. (et ob. Cosimi 1537 Sept. 22).
6) Qui 1546 Febr. 4 — 1547 Mart. 3 adest concilio, 1547 Mart. 29 vocatur ad Curiam in rebus concilii, 1548 Juni 9 nuntius ad imperat., 1551 promov. in S. R. E. card. (VII, 10).
7) Reserv. regr. (cfr. AC 14 f. 120), et ob. Petri card. (1558 Mart. 8); reserv. pens. ann. 300 duc. pro Philippo Gerio el. Isclan.
8) Cum reserv. ann. pens. duc. 500 super Conchen. et 100 super Reginen. eccl. fruct.; nuntius apost. apud Venetos, advenit ad aperiendum concilium 1562 Jan. 13, unde 1562 Febr. 16 recessit; 1564 Petrus Paulus de Eugubio est vic. gen. episcopi Fanen. (Sch. Ind. 491).
9) Alias: Rusticuccius.
10) Nuntius apost. apud ducem Sabaudiae, aulicus vetus et probatus.
11) 1587 Oct. 12 (AC 18 f. 72); † 1603.

Faventin.

1) AC 5 f. 197.
2) De Canonicis, a. 1478 promoti.
3) Qui 1530 Jul. 26 nuntius mitt. ad regem Galliae, Romam reversus advenit ante 28 Nov. 1530; 1533 Maii 29 nuntius mitt. ad ducem Sabaudiae, ut ab eo recipiat civit. Niciae (Nizza) pro colloquio cum rege Galliae habendo, Romam redit cum papa 1533 Nov. 12; 1535 Jan. 9 iterum mitt. nuntius ad regem Galliae; 1531 Dec. 16 ei prorogatur ad 6 menses tempus exped. litter. (provis.), 1534 cedit officio cubicularii de numero particip., 1536 promov. in S. R. E. card. (VI, 16), 1537 Jul. 31 obtinet indultum confer. beneficia.
4) Reserv. fruct., collat. benef., regr.
5) In a. 26. const., de nobili gen. procr.; sec. *Gams* 689 et 899 tr. ab eccl. Monopolitan. ad Faventin., sed est error in persona; eo quidem tempore alter Theodorus Pius erat ep. Monop., minime vero ab hac eccl. ad Faventin. transfertur.
6) Reserv. pens. ann. 600 scut., coll. benef., regr. (et ob. Theodori Pii).
7) Qui 1562 Nov. 3 advenit Tridentum (Sch. Ind. 491).
8) Praelatus notus in Curia, rector gymnasii Urbis.
9) Reserv. denomin. et ann. pens. 400 scut.
10) Subdiac., can. Bononien., † 1602 Jul. 30.

Fecen.

1) Rector eccl. paroch. s. Justae Ulixbon.
2) Suffr. aepi. Turritan.

certo modo	**Melchior** Boliagoa, mag. theol., concionator[3])	1557 Dec. 15	AC 14 f. 107
certo modo	**Theutonicus** de Bragantia, ex stirpe regia[4])	1578 Jul. 4	AC 15 f. 250‘
certo modo	**Franciscus** de s. Maria, congr. s. Joh. Ev.[5])	1583 Dec. 12	AC 15 f. 343
ob. Francisci	**Georgius** Queimada	1599 Febr. 1	Sch. Ind. 491

Feltren. (Feltre) in partibus Venetis, suffr. Aquilegien. (R. 800 fl.[1]), T. 800 fl.)[2])

ob. Andreae Trevisani[3])	**Antonius** Piz(za)manus, presb. Venet.	1504 Aug. 23	Sch. Ind. 491
ob. Antonii (1512)	**Laurentius** Campeg(g)ius[4])	1512 Nov. 12	Gams 777
cess. Laur. card.	**Thomas** Campeggius, protonot. apost., ejus frater[5])	1520 Jun. 1	AC 2 f. 132
Thoma senesc.[6])	**Philippus Maria** Campeggius, ejus nopos[7])	1546 Apr. 16	AC 8 f. 10‘, 5 f. 260
Phil. senesc.	**Jacobus** Revellius (ep. Hebronen.), coadj. c. j. s. (†1610)	1580 Maii 20	Sch. Ind. 491

Ferentin. (Ferentino) in Italia media, immed. subj. (R. 300 fl., T. 100 fl.)[1])

cess. Francisci[2])	**Tranquillus** de Leonibus (Macarazzi), ejus nepos[3])	1510 Dec. 16	Lat. 1261 f. 116
ob. Tranqu. in C. R.	**Sebastianus** Pighinus, ep. Alifan.[4])	1548 Jun. 4	AC 8 f. 101
tr. Seb. ad Sipontin.	**Dionysius** de Robertis O. Serv., prof. theol.	1550 Maii 30	AC 6 f. 41, 8 f. 157
tr. Dion. ad Sipontin.	**Aurelius** de Sibaldeschis O. Hosp. s. Joh. Jerus.	1554 Apr. 30	AC 6 f. 194
ob. Aurelii	**Silvius** Galassus, presb. Verulan., JUD.	1585 Jun. 3	AC 10 f. 7, 18 f. 24‘
ob. Silvii (1591)	**Horatius** Ciceronius, ep. Soran. († 1603)[5])	1591 Jul. 31	AC 11 f. 41

Feretran. (Montefeltro) in Italia media, immed. subj., ab a. 1563 suffr. Urbin. (R. 500 fl., T. 100 fl.)[1])

ob. Lucae in C. R.[2])	**Antonius** de Castriano (Crastini), el. Callien.[3])	1507 Maii 21	Lat. 1214 f. 258
ob. Antonii (1510)	**Paulus** de Alexandris, praepos. Urbin.	1510 Oct. 11	Lat. 1253 f. 117
ob. Pauli (1537 Aug. 15)	**Ennius** card. Filonardi (VI, 12), *admin.*	1538 Aug. 12	AC 5 f. 63
cess. Ennii card.[4])	**Ennius** Philonardi, ejus nepos, JUD.[5])	1549 Apr. 29	AC 8 f. 131‘, 6 f. 1
ob. Ennii (1565)	**Carolus** card. Vicecomes (X, 37), ep. Vigintimil.	1565 Jul. 6	AC 9 f. 123
ob. Caroli card. (1565)	**Joannes** Franc. Sormanus, can. Mediolan.[6])	1566 Mart. 6	AC 9 f. 139‘

Fernen. (Ferns) in Hibernia, suffr. Dublinen. (R. 70 fl., T. 80, al. 83 fl.)[1])

ob. Laurentii Nevyl.[2])	**Edmundus** Comerford, cons.	1505	Gams 221
ob. Ed. (1599 Apr. . .)	**Nicolaus** Comyn (cons. 1510 Jan. 20 Londini)	1509 Aug. 3	Sch. Ind. 491
tr. Nic. ad Lismor.	**Joannes** Purcell, can. mon. s. Catharinae[3])	1519 Apr. 13	AC 2 f. 90
ob. Jo. (1539 Jul. 20)	**Bernardus** Idonayll O. Min. Obs.[4])	1541 Mart. 30	AC 5 f. 123
tr. Bern. ad Elfinen.	**Gabriel** de s. Serio (Sevo?), ep. Elfinen.	1541 (Jun. 3)	Gams Add. 68
. . . .	**Alexander** (Devereux O. Cist. † 1560), cons.	1539 Dec. 14	. . . .
ob. Alexandri	**Petrus** Power, e nobili genere[5])	1582 Apr. 27	AC 15 f. 322‘

---

[3]) Verbi Dei concionator; ad resid. non tenetur, suffr. Ulixbon.; cum retent. cuiusdam eccl. paroch. pro electo et reserv. ann. pens. 200 duc. pro Petro ep. Hipponen., qui 15 annos in dioec. Ulixbon. pontificalia exercuit summa omnium satisfactione.

[4]) Dr. theol., nomin. a rege Port., coadj. aepi. Elboren., cum retent. thesaurariae eccl. coll. dioec. Bracharen.

[5]) In regno Port. concionator verbi Dei, quocum dispens. super eo, quod non est doctor; cum reserv. ann. pens. 300 duc.

Feltren.

[1]) AC 2 f. 132, 5 f. 260.

[2]) AC 2 f. 132; alias: 900 fl. (AC 8 f. 10‘, 5 f. 260).

[3]) A. 1494 promoti.

[4]) A. 1514 nuntius in Germania, cui 1514 Nov. 8 quaedam pensio super fruct. paroch. eccl. s. Georgii Brixien. assignatur; 1517 Jul. 1 in S. R. E. card. promov. (III, 21), 1518 Jan. 15 Urbem intrat, 1518 Apr. 6 consecratur.

[5]) Praelatus domest. et referend. S. S., qui 1530 Febr. 28 mon. b. M. de Corazzo O. Cist. dioec. Marturanen. sibi commend. resignat reserv. $^1/_2$ fruct. et ann. pens. 120 duc. (Lat. 1542 f. 97); 1540 Oct. cum quibusd. aliis probis viris nuntius ad dietam Wormat. destinatur (AC 5 f. 111).

[6]) In 60. a. const., † Romae 1564 Jan. 21.

[7]) Cler. Bononien., de nobili gen. procr., in 29. a. const., commend. cuiusdam monast., coadj. c. j. s.; 1559 Apr. 17 fit episcopus Feltren. per cess. Thomae (res. nom. et. denom.), 1562 Mart. 17 advenit Tridentum (Sch. Ind. 491); cfr. AC 14 f. 151‘ et 9 f. 3‘.

Ferentin.

[1]) AC 6 f. 194.

[2]) Filipperi, a. 1409 promoti, † 1511 Mart. 15.

[3]) Can. eccl. b. Mariae maj. de Urbe, subdiac., 24 a. natus, in servitiis Sixti card. de Franciottis-Ruvere (II, 18), qui 1514 Nov. 3 obtinet canonic. eccl. s. Nic. in C. T. de Urbe (H I 764 nr. 12505); 1535 Febr. 6 deput. gubernator Camp. et Marit.; 1544 Sept. 14 obtinet beneficium in basil. s. Petri, in quo (post eius ob.) 1548 Apr. 5 succedit Jacobus Herculanus (Sch. Ind. 491).

[4]) S. palatii rotae auditor, quem Julius III die 15 Febr. 1550 ad se vocat, ut de rebus Germaniae informari possit (Sch. Ind. 491).

[5]) Reserv. pens. ann. 300 scut. pro Marco Ant. el. Soran.

Feretran.

[1]) AC 6 f. 1.

[2]) De Mellinis, a. 1498 promoti.

[3]) Praelatus domest. et continuus commensalis SS.

[4]) Reserv. admin., collat. benef. regr., fruct. (exceptis 150 duc. pro electo).

[5]) Subdiac. Narnien.

[6]) Quem canon. ad 6 menses retinet; † a. 1601.

Fernen.

[1]) AC 2 f. 90, 4 f. 170‘.

[2]) A. 1479 promoti.

[3]) O. s. Aug. dioec. Waterford., quocum dispens. super def. nat.

[4]) Quocum dispens. super def. nat., qui a. 1541 tr. ad Elfinen., sed moritur, posessione huius eccl. non habita; ipse et qui sequ. Alexander desid. apud *Gams* 221.

[5]) Sec. *Gams* 221: suffr. aepi. Compostellan., † exul 1587 Dec. 15. *Series interrupta* usque ad a. 1643.

Ferrarien. (**Ferrara**) in Italia super., immed. subj. (R. 4000 fl., T. 1300 fl.)[1]

ob. Hippol. card. d'Este[2]	**Joannes** card. de Salviatis (III, 34), *admin.*[3]	1520 Sept. 12	AC 2 f. 140
res. Joannis card.[4]	**Aloysius** (Ludov.) d'Este, Herc. ducis Ferrar. fil.[5]	1550 Maii 1	Sch. Ind. 491
cess. Aloysii card.[6]	**Alfonsus** (Rosetti), ep. Comaclen.[7]	1563 Oct. 8	AC 7 f. 148
ob. Alf. (1577 Feb. 25)	**Paulus** Leonis, cler. Patavien.[8]	1578 Mart. 17	AC 15 f. 242
Paulo senesc. († 1597)	**Joannes** Fontana, ep. Nicopol., coadj. c. j. s.[9]	1589 Sept. 11	AC 18 f. 185

Fesulan. (**Fiesole**) in Tuscia, suffr. Florentin. (R. . . ., T. 200 fl.)[1]

Roberto[2] senesc.	**Guilelmus** de Folchis, coadj. c. j. s.	1504 Jul. 1	Sch. Ind. 491
ob. Guil. (1530 Apr. 17)	**Bracchius** de Martellis, in 29. a. const.[3]	1530 Jun. 20	AC 3 f. 167'
tr. Br. ad Licien.	**Petrus** Camaiani, cler. Aretin.[4]	1552 Febr. 12	AC 6 f. 117
tr. Petri ad Asculan.	**Angelus** Jalatus (Diacetius) O. Praed.	1566 Nov. 15	AC 9 f. 157
res. Angeli senesc.	**Franciscus** Diacetius, presb. Florentin.[5]	1570 Aug. 11	AC 15 f. 73
ob. Franc. (1595 Nov. 4)	**Alexander** Martius de Medicis[6]	1596 Febr. 13	Sch. Ind. 491

Ficoclen. *v.* **Cervien.**

S. Fidei de Bogota (**Santa Fé**) in America merid. (Argentinia), metrop.[1]

neoerectae	**Joannes** de los Barrios (O. Min., ep. s. Marthae)[2]	1564 Mart. 22	AC 7 f. 157'
ob. Joannis de los B.	**Ludovicus** Zapata O. Min.[3]	1570 Nov. 8	AC 15 f. 77'
ob. Lud. (1590 Jan. 24)	**Alfonsus** (Lopez de) Avila, ep. s. Dominici[4]	1591 Nov. 29	AC 11 f. 62, 18 f. 178
ob. Alfonsi (1591?)	**Bartholomaeus** Martinez, ep. Panamen.[5]	1593 Jan. 12	Gams 140

Finaboren. (**Kilfenora**) in Hibernia, suffr. Cassellen. (R. . . ., T. 33 1/3 fl.)[1]

. . . .	**Theodoricus**[2]	. . . . . .	. . . .
ob. Theodorici	**Mauritius** Okaillyd O. Min., prof. theol.	1514 Nov. 6	H I 767 (12571/78)
ob. Mauritii	**Joannes** Ocnalain, abbas mon. de Ciltz[3]	1541 Nov. 21	AC 5 f. 138'

Firman. (**Fermo**) in Italia media, immed. subj.[1] (R. 1200 fl., T. 600 fl.)[2]

ass. Franc.[3] ad S. P.	**Franciscus** card. Remolinus[4] (I, 38)	1504	Gams 693
ob. Franc. card. Rem.	**Joannes** card. de Salviatis (III, 34)	1518 Febr. 8	AC 2 f. 45'
cess. Joannis card.[5]	**Nicolaus** de Gaddis, cler. cam. apost.[6]	1521 Oct. 16	AC 2 f. 180'
cess. Nic. card. de G.[7]	**Laurentius** Lenzi, cler. Florentin.[8]	1544 Dec. 5	AC 5 f. 203'
ob. Laurentii	**Felix** card. Peretti O. Min. Conv. (XI, 12), ep. S. Agath.	1571 Dec. 17	AC 15 f. 98

Ferrarien.

[1]) AC 2 f. 140.
[2]) Cui (I, 20) a. 1503 eccl. Ferrar. commissa est; † 1520 Sept. 3.
[3]) Cuius suffr. fit **Octavianus** de Castello Bononiensis, JUD., 1529 Mart. 10) (AC 3 f. 148).
[4]) Cui 1551 Jul. 8 conced. fac. disponendi de 1000 scut. super fruct eccl. Ferrar. nomine pensionis (Sch. Ind. 491).
[5]) Cui in a. 12. const. illo die conced. accessus ad eccl. Ferrar. vacaturam per cess. vel. ob. Joannis card. de Salv., die autem 3. Mart. 1554 indulgetur, ut ad decennium minime teneatur petere novam provisionem de ipsa eccl. Ferr. (Sch. Ind. 491); 1561 Jun. 2, tunc in minor. ord. const., fit admin. eccl. Ferr. (AC 7 f. 86) et 1563 obtinet eccl. Auxitan. admin. Sch. Ind. 491).
[6]) Reserv. fruct. (exceptis 1000 duc. pro success.) et coll. benef. — Hercules (Sacrati) ep. Sidonien. ejus suffr. erat.
[7]) Cum retent. mon. Biscandemen. O. S. Ben. dioec. Ebredunen.
[8]) Reserv. fruct. pro card. Estensi (exceptis 1000 duc. pro ipso Paulo ep. et 500 duc. pro comite Hercule Tassano).
[9]) Assign. ei ann. pens. 1000 duc.; † 1611 Jul. 5.

Fesulan.

[1]) Sch. Ind. 491.
[2]) De Folchis, a. 1481 promoto et 1530 defuncto.
[3]) Ei, qui 1531 Febr. 22 mitt. nuntius ad ducem Sabaudiae et 1545 Dec. 13 — 1547 Mart. 11 adest concilio Trid. (Sch. Ind 491), 1530 Aug. remitt. jura s. collegii (AC 4 f. 20').
[4]) Famil. S. S., qui, antequam ad eam eccl. promotus est, missus erat ad imperat. pro tractandis certis negotiis et 1552 Apr. deputatur nuntius ordin., die autem 12 Oct. 1554 mittitur nuntius Neapolim; 1561 Oct. 8 advenit Tridentum (Sch. Ind. 491).
[5]) Lic. in s. pagina, cum retent. canon. Florentin. ad 6 menses.
[6]) Qui 1605 tr. ad Florentin.

S. Fidei de Bogota.

[1]) A. 1562 Sept. 11 in cathedr. er. (transferendo illuc sedem a s. Martha, cfr. ibi), a. 1564 Mart. 22 in metrop. cum suffr. Pompeian. (Popayan.) et Carthaginen., quarum illa a metrop. Civit. regum et haec a metrop. s. Dominici separata est, ecclesia s. Marthae abhinc in collegiatam redacta (AC 157, 9 f. 94').
[2]) Apud *Gams* 154 is inter episcopos s. Marthae quidem recensetur, de eius vero tr. ad s. Fidei nihil refertur.
[3]) Cui 1570 Dec. 11 pallium conced. (AC 15 f. 80).
[4]) Praesent. a rege cath., cui 1592 Apr. 8 pallium conced. (Sch. Ind. 491).
[5]) Sec. *Gams* 154 „non intrat, † 1594; sedes vacat 10 annos."

Finaboren.

[1]) Sch. Ind. 491. — Apud *Gams* 225 series epporum. Finab. cum serie epp. Duacen. confusa est, sed ibi (saltem usque ad a. 1744) eppi. Duacen. tantum recensentur.
[2]) Qui Mauritio a. 1491 promoto successive videtur.
[3]) O. can. reg. s. Aug.

Firman.

[1]) Ab. a. 1589 metrop. cum suffr. Maceraten. et Tolentin. (un.), Ripanen. (Ripaestransonis), Montisalti et s. Severini.
[2]) AC 2 f. 45' et 180'.
[3]) Card. Piccolomini (Pii pp. III).
[4]) Aep. Surrentin.
[5]) Reserv. regr.
[6]) Qui a. 1527 in S. R. E. card. (V, 3) promov.; eius suffr. (ep. auxil.) 1529 Apr. 7 fit Cherubinus O. . . (AC 3 f. 148').
[7]) Reserv. admin., fruct., coll. benef. Insuper ei indultum confirmatur, vi cuius in civ. et dioec. Firman. omnes et singulae causae tam civiles quam criminales vel mixtae ad forum eccles. de iure vel consuetudine pertinentes, sive inter clericos vel laicos existunt, coram episcopo Firman. p. t. exist. vel eius vicariis aut delegatis tantum agitari debent (Sch. Ind. 491).
[8]) Eius ex sorore nepos, in 28. a. const., JUD., qui 1556 Jun. 26 prolegatus Bononiae et 1559 e Galliae revocatur, ubi nuntius apost. erat (Sch. Ind. 491).

cess. Felicis card.[9])	**Dominicus** Pinellus, referend. apost.[10])	1577 Aug. 14	AC 15 f. 228
cess. Dominici	**Sigismundus** Zanettini Bononiensis[11])	1585 Jan. 14	AC 18 f. 17
ob. Sig. (1594 Oct. 1)	**Octavius** Bandini (card. 1596, res. 1606)	1595 Jul. 29	Gams 693

Florentin. (Firenze) in Tuscia, metrop. (R. . . ., T. 1500 fl.)[1])

tr. Rayn.[2]) ad Caesar.	**Cosmas** de Pazzis, ep. Aretin.	1508 Jul. 5	Lat. 1214 f. 30
ob. Co. (1513 Apr. 9)	**Julius** de Medicis, prior pr. Capuan.[3])	1513 Maii 9	H I 148 (2514/24)
ass. Julii ad S. P.[4])	**Nicolaus** card. de Rodulfis (III, 35)[5])	1524 Jan. 11	AC 3 f. 9'
cess. Nic. card.[6])	**Andreas** de Bondelmonte, can. ips. eccl.[7])	1532 Oct. 11	Lat. 1580 f. 71
ob. Andr. (1542 Nov. 27)	**Nicolaus** card. de Rodulfis, iterum	1543 Jan. 8	Gams 748
cess. Nic. card.[8])	**Antonius** Altovitae, cler. Florentin.[9])	1548 Maii 25	Lat. 1615 f. 312'
ob. Ant. (1573 Dec. 28)	**Alexander** Medices, ep. Pistorien.[10])	1574 Jan. 15	AC 15 f. 143

S. Flori (Saint Flour) in Gallia, suffr. Bituricen. (R. . . ., T. 900 fl.)[1])

ob. Ludovici[2])	**Balthasar** (Jarente), ep. Vencien.[3])	1543 Maii 11	AC 5 f. 168
tr. Bal. ad Ebredun.	**Antonius** (de Lévis), el. Ebredunen.[4])	1548 Jan. 9	AC 8 f. 65
ob. Antonii (1566)	**Joannes Paulus** de Selve, diac. Senonen.[5])	1567 Maii 23	AC 9 f. 166'
ob. Jo. Pauli	**Petrus** de Bauma, presb. Lugdunen.[6])	1573 Febr. 9	AC 15 f. 127
ob. Petri	**Raimundus** de Rouchon († 1602 Sept.)	1599 Mart. 10	Sch. Ind. 492

Fluminis argentei (Rio de la Plata) in America merid. (Argentinia)[1])

neoerectae[2])	**Joannes** de los Barrios O. Min. Obs., suffr. Hispalen.[3])	1547 Jul. 1	AC 8 f. 43'
tr. J. de B. ad s. Marthae	**Petrus** de la Torre O. Min. Obs.	1554 Aug. 27	AC 6 f. 205'
ob. Petri de la T. {	**Joannes** del Campo O. Min. Obs.	1577 Mart. 27	AC 15 f. 219'
	Alfonsus Guerra O. Praed.[4])	1579 Febr. 6	AC 15 f. 266

Forojulien. (Fréjus) in Gallia orient.-merid., suffr. Aquen. (R. 2000 fl., T. 1400 fl.)[1])

cess. Nicolai[2])	**Urbanus** de Flisco, def. aet. patiens, ejus nepos[3])	1511 Nov. 5	Sch. Ind. 492
ob. Urb. (1524 Jan. 23)	**Nicolaus** card. de Flisco, iterum	. . . . . .	} Lat. 1477 f. 200 et
ob. Nic. (1524 Jun. 15)	**Franciscus** (vel Franciottus) card. de Ursinis (III, 31)[4])	1524 Jun. 15	} AC 3 f. 30
cess. Franc. card.[5])	**Leo** de Ursinis, ejus nepos[6]), in 12. a. const.[7])	1525 Dec. 15	AC 3 f. 86

---

[9]) Reserv. fruct. (exceptis 1000 duc. pro success.) et coll. benef.

[10]) Dispens. cum eo, quod non est in sacris ord. a 6 mensibus citra.

[11]) Advoc. consist., salva remanente antiqua reserv. fruct. pro card. Montealto (Peretti). — 1588 Dec. 5 S. S. (Sixtus V) dixit se cogitare ecclesiam Firman. utpote insignem eiusque mensam satis locupletem, praesertim ex eo tempore, quo ipse ejus episcopus existens molendinum quoddam coemit, ex cuius vectigali fructus aucti sunt; accedere, quod episcopi Firm. ab Eugenio IV jus deferendi crucem impetrarunt. Itaque cardinalibus congregationi consistoriali praepositis mandavit, ut hac de re deliberarent et referrent (AC 10 f. 153', 18 f. 102). Die denique 24 Maii 1589 illam ecclesiam cathedr. in metropol. erexit eique supradictas suffraganeas subiecit (AC 18 f. 117'). Sic quoque Sigism. ep. Firman. fit aepus. et 1589 Jul. 31 obtinet pallium (AC 10 f. 175' et 183).

Florentin.

[1]) Sch. Ind. 492 et AC 8 f. 99'.

[2]) De Ursinis a. 1474 promoti, qui 1508 Oct. 10 pro solv. comm. serv. mon. s. M. de Monte sancto dioec. Asculan. 1508 Jul. 5 sibi commend. se obligat 66⅔ fl.).

[3]) O. Hosp. s. Joh. Jerus., frater consobr. papae (Leonis X), clericus tantum, cui 1513 Jul. 23. et Aug. 4 quaedam beneficia eccles. in complur. dioec. reservantur (H I pag. 225 nr. 3768 et pag. 237 nr. 3953); 1513 Sept. 23 promov. in S. R. E. card. (III, 2) et 1520 Mart. 28 obtinet pallium (AC 2 f. 127').

[4]) Nomin. Clem. VII.

[5]) Reserv. ann. pens. singul. 1000 duc. pro card. de Aracoeli (III, 29) et de Ursinis (III, 31); 1530 Jul. 1 obtinet pallium (AC 3 f. 171).

[6]) Reserv. ½ fruct., coll. benef. regr.

[7]) Secret. et famil. S. S. (AC 4 f. 49'); 1532 Nov. 4 obtinet pallium (AC 4 f. 50).

[8]) Reserv. ann. pens. 1000 scut. et coll. benef.

[9]) Cler. cam. apost., secret. S. S., in 27. a. const., clericus tantum, qui prioratum s. Georgii de Vandopera O. Clun. dioec. Lingonen. in fav. Nic. card. de Rod. dimittit (AC 8 f. 99'); 1548 Aug. 31 obtinet pallium (AC 8 f. 112); 1562 Febr. 8 advenit Tridentum (Sch. Ind. 492).

[10]) Die 27 Jan. 1574 obtinet pallium (AC 15 f. 144); 1583 in S. R. E. card. (XII, 17) promov. et 1605 in S. P. (Clem. VIII) assumitur († 1605 Apr. 27).

S. Flori.

[1]) AC 5 f. 168.

[2]) De Gaudiosa (Joyeuse) a. 1500 promoti; inter eum et Balth. apud *Gams* 617 insertus est **Joannes** Burloud (Burle), non tamen ad certum annum adscriptus.

[3]) Nomin. a rege Franc. — [4]) Nomin. a rege Franc.

[5]) Praeceptor ducis Andegavensis, fratris regis Franc., a quo nomin., cum retent. prioratus de Godurnaio non curati.

[6]) Praeceptor ducis Andegav., nomin. a rege Franc. — Petrum de Bauma 1598 c. mens. Mart. mortuum primum Raimundus d'Urfé episcopus s. Flori secutus esse videtur.

Fluminis argentei.

[1]) Haec eccl. alia (sed satis vicina) habenda est atque eccl. Carcassen. (de las Charcas seu de la Plata); v. ibi.

[2]) Erigendo oppidum seu pagum del Rio de la Plata in civit. et in ea eccl. cathedr.

[3]) Apud *Gams* 149 quidam Joannes de Barrios recensetur tamquam successor primi epi. de Guadalaxara († 1553) et „non consecr." obiisse dicitur.

[4]) Hic praecise nominatur „ep. Flum. arg.", praedecessores autem ejus „eppi. del Rio de la Plata." — Quo cedente vel decedente ista eccl. suppressa aut cum alia unita esse videtur.

Forojulien.

[1]) AC 3 f. 30.

[2]) Card. de Flisco (I, 41), qui 1495 illam eccl. obtinuit (AC 12 f. 65).

[3]) Qui 1512 Oct. 16 obtinuit in comm. mon. s. Salvatoris de Becardenglia dioec. Aretin. et s. Vigilii Senen., ad invicem unita (Lat. 1342 f. 302); 1514 Jul. 27 mon. de Piniaco O. s. A. dioec. Foroiul. a Nicolao card. de Flisco resignatum ipsi eccl. Foroiul. incorporatur, quandiu ille Urbanus ei praeerit (H I 663 nr. 10611); 1515 Jun. 16 ei prioratus s. Joh. Gebennen. O. s. Ben. et paroch. eccl. s. Stephani Casalis majoris dioec. Cremonen. in comm. conced. (l. c. II 116 nr. 15973/6).

[4]) Pensio 500 duc. super fruct. eccl. Adrien. exstinguitur in fav. card. Rangoni (III, 36). — [5]) Reserv. fruct., admin., regr., coll. benef.

[6]) Ex filio legitimo natus.

[7]) Usque ad a. 27. admin.; si card. de Ursinis praemoreretur, card. de Rodulfis (III, 35) admin. vices gerat. 1546 Jan. 7 — Sept. 14 adest concilio Trid., 1556 m. Febr. in Urbe degit (Sch. Ind. 492).

ob. Le. (1564 Maii 11)	**Bertrandus** de Romans, praepos. Glandaten.[8])	1566 Febr. 15	AC 9 f. 138
ob. Ber. (1579 Mart. 19)	**Franciscus** de Boleriis, presb. Taurinen.[9])	1579 Maii 22	AC 15 f. 271'
ob. Francisci (ex. a. 1591)	**Gerardus** (Bellanger)	1592 Dec. 2	Sch. Ind. 492
ob. Gerardi (ex. a. 1593)	**Bartholomaeus** de Camelin, nomin.[10])	1594 Aug. . .	Gams 552

Forolivien. (Forli) in Italia super., immed. subj. (R. 300 fl., T. 150 fl.)[1])

ob. Thomae Asti[2])	**Petrus** Griffus, cler. Pisan., JUD.[3])	1512 Oct. 31	Lat. 1261 f. 39
ob. Petri (c. a. 1516)	**Bernardus** Michelozi (Medici)	1516 Nov. 15	Gams 697
ob. Bern. (1519)	**Leonardus** de Medicis, can. Florentin.	1519 Mart. 14	AC 2 f. 83'
cess. Leon. senio conf.	**Nicolaus** card. de Rodulphis (III, 35), *admin.*	1526 Apr. 16	AC 3 f. 96
cess. Nic. card.[4])	**Bernardus** Ant. de Medicis, 27. a. agens.[5])	1528 Aug. 7	AC 3 f. 141'
tr. Bern. ad Cassanen.	**Petrus Joa.** de Aleottis, presb. Foroliv.[6])	1551 Oct. 23	AC 6 f. 106'
res. Petri Joa.[7])	**Antonius** Gianotius, can. dioec. Paduan.[8])	1563 Jan. 30	AC 7 f. 135'
tr. Ant.[9]) ad Urbin.	**Marcus Ant.** Lilius, presb. Bonon.	1578 Aug. 11	AC 15 f. 252'
ob. Marc. (1580 Aug. 21)	**Joannes Franc.** (Mazza) Canobius[10])	1580 Sept. 5	AC 15 f. 293'
res. Jo. Franc.[11])	**Fulvius** Theophilus, presb. Rom., JUD.[12])	1587 Jan. 7	AC 18 f. 55', 10 f. 71'
ob. Fulvii (1594)	**Alexander** Franceschinus O. Praed.[13])	1594 Maii 4	Sch. Ind. 492
res. Alexandri	**Conradus** Tartarini († 1602 Febr. . .)	1599 Sept. 18	Gams 698

Forosempronien. (Fossombrone) in Italia media, immed. subj. (R. 1000 fl., T. 200 fl.)[1])

ob. Pauli de Midd. (1534)[2])	**Joannes** de Guidiccionibus, gubern. Urbis[3])	1534 Dec. 16	AC 4 f. 78
ob. Jo. Guid. (1541)	**Nicolaus** Ardinguelli, protonot. apost.[4])	1541 Jul. 13	AC 5 f. 132
cess. Nic. card.[5])	**Aloysius** (Ludov.) Ardinghellus, cler. Florentin.[6])	1547 Mart. 16	AC 8 f. 38'
ob. Al. (1569 Febr. 2)	**Alexander** Mazzius, presb. Aretin., JUD.[7])	1569 Apr. 1	AC 15 f. 43'
(amot. Alex. † Paduae)	**Horatius** Montegranellus, presb. Eugubin.	1577 Apr. 29	AC 15 f. 221
ob. Hor. (1579 Apr. . .)	**Octavius** Accoramboni, cler. Romanus[8])	1579 Maii 15	AC 15 f. 270'

Frequentin. *v.* Avellinen.

Frisingen. (Freising) in Germania, suffr. Salzeburgen. (R. . . ., T. 4000 fl.)[1])

Philppo[2]) senesc.	**Henricus** palatinus Rheni[3]), coadj. c. j. s.	1540 Aug. 27	AC 5 f. 108
ob. Hen. (1551 Dec. 31)	**Leo** Lösch, coadj. praepositi Frising.[4]), el.[5]), conf.	1552 Maii 11	AC 6 f. 123'
ob. Le. (1559 Apr. 8)	**Mauritius** a Sandizell, can. ips. eccl.[6])	1560 Mart. 13	AC 7 f. 23'
res. Maur. (1566 Oct. 18)	**Ernestus** e ducibus Bavariae[7]) († 1612 Febr. 17)	1566 Dec. 20	Sch. Ind. 492

---

[9]) JUD., reserv. ann. pens. 4000 libr. Turon. pro Petro Cadenet cler. Arelatensi.

[9]) Abbas commend. mon. s. Honorati ins. Lirin. (dioec. Grassen)., de nobili genere, 50 a. natus, nomin. a rege Franc.

[10]) Confirm. 1599, † 1637 Jun. 12.

Forolivien.

[1]) AC 2 f. 83', T. alias 100 fl. (AC 3 f. 96).

[2]) A. 1485 promoti et 1512 defuncti.

[3]) Archivii curiae Rom. scriptor, famil. S. S., in minor. ord. const., qui 1512 Nov. 12 mon. s. Rosilli Foropompilii obtinet in comm. et 1515 est legatus Umbriae (Sch. Ind. 492).

[4]) Reserv. regr.

[5]) Cui 1532 Oct. 25 prorog. tempus consecr. quique 1533 Dec. 10 deputatur magister cappellae pontif. per ob. Gabrielis aep. Dyrrhach. Saonae, dum S. S. ibi est „in curia", defuncti vac. (Sch. Ind 4.92).

[6]) Cubicul. et famil. S. S.; idem a. 1555 thesaur. apost. (Sch. Ind. 492), cui 1555 Dec. 11 (a. 64 agenti) **Simon** de Aleottis, can. Forolivien. JUD., 40 a. agens, coadj. c. j. s. (in epum. Lindinen. promotus) deputatus est; sed hic 1562 Aug. 20 Tridenti, ubi 1561 Oct. 10 advenit, obiit, sepultus in eccl. cathedr. s. Vigilii.

[7]) Reserv. nom. et denom. ac pens 200 duc. pro Camillo de Aleottis.

[8]) Eccl. b. M. de Montagnana.

[9]) AC 15 f. 252': Julii.

[10]) In regnis Hispan. collector gener. apost., cui litterae provis. exped. gratis.

[11]) Reserv. ann. pens. 400 scut., dummodo demptis pens. antiquis (ad 270 scut.) remaneant 1000 pro proviso.

[12]) Quocum dispens. super eo, quod non est 6 menses in sacris ordin. — [13]) Famil. S. S.

Forosempronien.

[1]) AC 15 f. 43'.

[2]) De Middelburg, a. 1494 promoti, qui 1514 Febr. 16 Romam accessitur ad emend. kalend. ad concilium Lateran. (H I 434 nr. 6851).

[3]) Reserv. ann. pens. 150 duc. pro quodam nepote epi. defuncti. Ille Joa. 1534 Dec. 19 obtinet fac. capiendi possess. (litteris non expeditis), 1535 Jan. 28 mitt. nuntius ad imperat., 1536 Aug. 21 est infirmus, 1537 Dec. 11 ei munus consecr. impendi jubetur, octo diebus post obtinet fac. conferendi beneficia altern. mens., 1539 Dec. 7 deputatur praesidens Romandiolae, 1541 Jul. 1 fit gubernator marchiae Ancon. (Sch. Ind. 492).

[4]) Qui 1541 Nov. 10 mitt. ad regem Franc. (Sch. Ind. 492), 1544 Dec. 19 promov. in S. R. E. card. (VI, 58).

[5]) Reserv. $1/2$ fruct., coll. benef., regr.

[6]) Card. cedentis frater germ., cui 1548 Apr. 6 munus consecr. impendi iubetur quique 1556 m. Febr. degit in Urbe; 1560 ei comitt. reformatio confratern. laic. s. Mairae et s. Luciae (Sch. Ind. 492).

[7]) Quocum dispens. quoad tempus sacr. ord., quos nondum a. 6 mens., sed a. 2 tantum recepit.

[8]) Utr. signat. referend. et abbreviator, quocum dispens. super def. aet., utpote nondum 30 annos agente; res. a. 1610.

Frisingen.

[1]) AC 5 f. 108.

[2]) Palatino Rheni, el. 1498 Dec. 3, 1541 Jan. 5, cuius suffr. 1529 Mart. 10 deput. Petrus Stoll ep. Darien., quocum dispens. super def. nat. (AC 3 f. 148).

[3]) Ejus frater, ep. Wormatien.

[4]) Georgii ab Ortenburg.

[5]) A capitulo 1552 Febr. 15, cons. 1552 Jun. 12; T. hac vice redacta ad 1000 fl.

[6]) El. a capitulo 1559 Jun. 12. — De expeditione litter. commissa est gratia ad fabas; 1561 Mart. 2 praestat juramentum (fidelitatis) et 1561 Dec. 7 visitat limina (Sch. Ind. 492).

[7]) Cfr. Hildesemen., Leodien., Colonien., Monasterien. — Cui a. 1569 deput. suffr. Sebastianus Haidlauff, ep. Darien;. 1579 ei commendatur Dumius alumnus collegii Germanici rediens ad sua.

Fulginaten. (Foligno) in Italia media, immed. subj. (R. 400 fl., T. 100 fl.)[1]

tr. Lucae[2]) ad Ephesin.	**Bernardinus** card. Carvajal (I, 14), *admin.*	1522 Sept. 26	AC 2 f. 187'
cess. Bern. card.[3])	**Rodericus** de Carvajal, ejus nepos[4])	1523 Febr. 4	AC 2 f. 197'
ob. Roderici	**Fabius** Vigilius, cler. Spoletan.[5])	1539 Sept. 9	AC 5 f. 89
tr. Fab. ad Spoletan.	**Blosius** (Palladio), secret. S. S.[6])	1540 Nov. 15	AC 5 f. 114
res. Blosii[7])	**Isidorus** Clarius de Brixia O. s. Ben.[8])	1547 Jan. 24	AC 8 f. 36
5) 1550 Jun. 13 canonic. et custodia eccl. Maguntin. per ejus ob. vac. Ottoni card. Augusten. (VI, 53) commend.

6) Scholasticus eccl. Maguntin., nobilis, JUD., el. a capit. (1545 Oct. 20); 1546 Febr. 12 obtinet pallium, postul. Antonio Gabrielis advoc. consist., praes. procur. Arnoldo a Bocholtz scholast. eccl. Maguntin. (AC 5 f. 255, 8 f. 7').

7) El. a capit. (1555 Apr. 18), cui 1555 Oct. 25 fit gratia $^1/_2$ de expedit. (AC 6 f. 267) et 1555 Nov. 27 conced. pallium (AC 6 f. 268'); 1580 ei Adamus Orthius, olim alumnus collegii Germ., pro assecut. canonicatus eccl. s. Mariae ad gradus Maguntin. commend. (Sch. Ind. 499).

8) Praepos. ipsius eccl. Mag., cum retent. canonic. eccl. Spiren. et dispens super eo, quod non est doctor; cui fit gratia pro $^2/_3$ jurium et 1582 Oct. 1 conced. pallium (AC 15 f. 327').

Ma(g)ionen.

1) AC 5 f. 138'; alias $33^1/_3$ fl. (Sch. Ind. 497).

2) A. 1493 promoti, qui 1499 Londinen., 1501 Saresberien. et Exonien., 1503 Lichefilden., 1519/26 (Bathonien. et) Wellen. epporum. suffr. agebat (*Gams* 234).

3) Ei, qui aeque ac ceteri qui sequuntur, desid. apud *Gams* 234, fit gratia jurium s. collegii.

4) Cui simili modo fit gratia.

5) Ab Angelis haereticis pro fide cath. interfecti.

6) Ut not. 4.

Maioren. in Palaestina, suffr. Nazaren., tit.

. . . .	**Joannes** Barthol. Steph. O. Praed.	1506	Sch. Ind. 497
certo modo	**Guilelmus** Gilbert, abbas mon. de Bruton [1]	1519 Maii 13	AC 2 f. 93
ob. Joannis	**Guido** de Montereali O. S. B. [2], bacc. in decr.	1526 Apr. 27	Lat. 1482 f. 36
. . . .	**Joannes**	1531 Nov. 13	Sch. Ind. 497
certo modo	**Augustinus** Lippomanus [3]	1557 Jan. 8	AC 14 f. 56
certo modo	**Raynerius**, cler. Pisan., protonot. apost. [4]	1560 Jun. 19	AC 7 f. 39
ob. seu res. Aug. Lipp.	**Joannes** Thomas a Spaur [5]	1565 Jun. 8	AC 9 f. 122
certo modo	**Ascanius** Marchesinus [6]	1567 Apr. 18	AC 9 f. 165'

Maioricen. (Mallorca) in ins. cognom., immed. subj. (1200 fl.) [1]

tr. Antonii [2] ad Granat.	**Didacus** de Ribera [3], decanus Legion.	1507 Dec. 22	Lat. 1214 f. 183
tr. Did. ad Segobien.	**Rodericus** Sancii de Mercato [4]	1511 Oct. 29	Lat. 1253 f. 210
tr. Rod. ad Abulen.	**Augustinus** de Grimaldis, ep. Grassen. [5]	1530 Mart. 29	Gams 48
ob. Aug. (1532 Apr. 12)	**Joannes Bapt.** Campegius, cler. Bonon. [6]	1532 Sept. 25	AC 4 f. 49
res. Joannis Bapt. [7]	**Didacus** de Arnedo, presb. Oscen. [8]	1561 Sept. 19	AC 7 f. 98'
tr. Did. ad Oscen.	**Joannes** Vich (y Manrique) [9]	1573 Jul. 31	AC 15 f. 134'

Malacen. seu **Malagon.** *v.* **Malacitan.**

Malachan. (Malacca) in Indiis orient., suffr. Goan.

Neoerectae [1]	**Georgius** de s. Lucia (O. Praed.)	1558 Febr. 4	AC 14 f. 113
res. Georgii [2]	**Joannes** de Reberio (Gayo), presb. Bracharen. [3]	1578 Jan. 29	AC 15 f. 239'
ob. Joannis	**Christophorus** de (Sá e) Lisboa [4]	1604 Aug. 30	Sch. Ind. 497

Malacitan. seu **Malaginen.** (Malaga) in Hispania, suffr. Granaten. (R. 8000 fl., T. 2500 fl.) [1]

tr. Didaci [2] ad Conchen.	**Raphael** card. Riarius (I, 6), admin. Conchen. [3]	1518 Apr. 12	Lat. 1365 f. 303
res. Raphaelis card. [4]	**Caesar** de Riario, patr. Alexandrin. (aep. Pisan.)	1518 Sept. 3	AC 2 f. 68'
ob. Caes. (Romae 1540)	**Bernardinus** Manrique O. Praed. [5]	1541 Febr. 18	AC 4 f. 166, 5 f. 120'
ob. Ber. (1564 Sept. 25)	**Franciscus** Blancus, ep. Aurien. [6]	1565 Apr. 13	AC 9 f. 119
tr. Franc. ad Compost.	**Franciscus** Pac(i)ecus de Corduba [7]	1574 Aug. 30	AC 15 f. 160
tr. Franc. ad Corduben.	(Ludov.) **Garsias** de Haro, ep. Gadicen. [8]	1587 Aug. 7	AC 10 f. 92', 18 f. 67
ob. Gar. (a 1597 Aug. 14)	**Didacus** (a Ponte y Quinones), ep. Oveten. († 24. Ap. 1599)	1598 Aug. 31	Sch. Ind. 497

Maioren.

[1]) O. S. A. Bathonien. et Wellen dioec.; suffr. eiusd. dioec. 1519/26.

[2]) Monachus, nuper abbas, mon. Montisbrugi O. S. B. dioec. Constantien. prov. Rothomagen.

[3]) Coadj. epi. Veronen., cujus nepos est cuique paulo post succedit, cum retent. officii collectoriae plumbi.

[4]) Coadjutor epi. Vasionen.

[5]) Christophori card. Madrutii (VI, 47) epi. Tridentini et Brixinensis ex sorore nepos eiusque coadj. Brixinensis, a capit. ex. a. 1552 el. et hodie confirm. a S. P., cum retent. praepositurae Brixinen.

[6]) Alexandri card. Sfortiae (X, 34) et epi. Parmen. suffr., qui a. 1575 trf. ad Calven.

Maioricen.

[1]) Eubel II² 184. — [2]) De Rojas, a. 1496 promoti.

[3]) De nobili genere ex utr. par. procr.

[4]) Cler. Calagur., JUD., Ferd. rgis Arag. et Sic. consiliarius, qui 1519 Oct. 18 limina apost. per procur. visitat (Sch. Ind. 497).

[5]) Qui eodem tempore simul fit *aep. Arboren.* cum retent. eccl. Grassen. ad certum tempus.

[6]) De nobili genere ex utr. par., filius (alias: consangu.) Laurentii card. Campegii (III, 21), pro quo Carolus rex Hisp. supplicavit, cum reserv. „patri", tunc admin. Oscen., coll. benef. (Lat. 1580 f. 123); 1532 Oct. 25 revalid. hae litterae, in quibus scriptum erat, eum esse in 26. a. const., cum tantum haberet 25 (Sch. Ind. 497); 1533 Jan. 13 in consist. offeruntur litterae per eund. Joh. Bapt. de solutione jurium (seu servitii communis), sed res suspenditur ad futurum consist., ut interim videatur, an nepotes et fratres cardinalium solvere teneantur (AC 4 f. 51'); 1541 Febr. 28 eidem prorog. tempus recip. sacros ord., 1547 Apr. 21 — 1552 Apr. 28 in concilio subscribit.

[7]) Quae resign. jam 1558 Nov. 4 admissa et eodem die ac 1559 Febr. 15 promotio doctoris (Didaci de) Arnedo proposita est (AC 14 f. 131 et 144). Inter illum Joh. Bapt. et hunc Did. apud *Gams* 48 recensetur *Petrus Vaquer* (Vaglier) ep. Algaren. cum nota: „non advenit".

[8]) Cum reserv. ann. pens. 1600 duc. pro personis nominatis.

[9]) Nomin. a rege cath., cum reserv. ann. pens. 1200 duc. pro personis nominatis; a. 1604 trf. ad Terraconen.

Malachan.

[1]) Erigendo eccl. paroch. b. Mariae Annunt. Malachan. olim dioec. Goan. in cathedr., assignando dotem 1000 duc. et deputando aepum. Ulixbon. tamquam judicem super specificatione locorum ac distinctione terminorum limitumque.

[2]) Ob senect. et crebras infirm. († 1579 Jan. 18 in suo mon. Goan., ubi se recepit, sicut scribit *Gams* 117).

[3]) Decr. dr., regis cath. capellanus, ab ipso nomin.

[4]) O. s. Hieron., qui a. 1616 trf. ad Goan.

Malacitan.

[1]) Ac 2 f. 53 et 68.

[2]) Ramirez, a. 1500 promoti, cui 1503 Oct. 8 Pius III scribit de quodam beneficio mon. s. Elarii Hispalen. (Lat. 1127 f. 84); cfr. H I 694 (11240).

[3]) Cfr. AC 2 f. 53. Quam permutat. Leo X regi Hisp. 1518 Jun. 12 significat (Sch. Ind. 497).

[4]) Reserv. fruct. (exc. 2200 duc. pro successore), admin., regr.

[5]) Nomin. a caesare, cum reserv. ann. pens. 3500 duc. pro certis personis. Qui 1542 Oct. 16, 1547 Aug. 21, 1550 Apr. 12 limina apost. per procur. visitat (Sch. Ind. 497).

[6]) Praesent. a rege cath., cum reserv. pens. 7000 duc. pro personis a S. S. nominandis et ipsi regi gratis, salvis antiquis pens. 1300 duc. — Qui 1566 Nov. 18, 1568 Jun. 8, 1571 Sept. 21 limina apost. per procur. visitat (Sch. Ind. 497).

[7]) Dr. theol., nomin. a rege cath.

[8]) Praesent. a rege cath., cum reserv. pens. 2900 duc., prout in cedula.

Malleacen. (Maillezais) in Gallia occid., suffr. Burdegalen. (R. 3000 fl., T. 2000 fl.)[1]

tr. Fed.[2]) ad Viennen.	**Petrus** card. de Accoltis (II, 21)[3])	1511	Gams 611
res. Petri card. de Acc.	**Philippus** card. de Luxemburg (I, 23)[4])	1518 Mart. 10	AC 2 f 50
res. Phil. card. de Lux.	**Goffridus** de (E)stissaco, presb. Sarlaten.[5])	1518 Mart. 24	AC 2 f. 51
ob. Gaufridi	**Jacobus** d'Escoubleau[6])	1543 Jun. 27	AC 5 f. 171'
res. Jacobi[7])	**Petrus** de Pontlevoy, cler. Malleacen.[8])	1561 Mart. 10	AC 7 f. 78'
ob. Petri	**Henricus** d'Escoubleau, subdiac. Paris.[9])	1572 Jun. 16	AC 15 f. 109

Manilen. (Manila) in insulis Philippinis[1]), suffr. Mexican. (R. 200 fl.)[2])

Hodie erectae[3])	**Dominicus** de Salazar O. Praed.	1579 Febr. 6	AC 15 f. 266
ob. Dom. (1594 Dec. 4)[4])	**Ignatius** de Santisbanes[5]) O. Min.	1595 Aug. 30	Sch. Ind. 497

Manniae (Man) *v.* **Sodoren.**

Mantuan. (Mantova) in Italia super., suffr. Aquilegen. (R. 7000 fl., T. 800 fl.)[1])

ob. Ludovici[2]) (1511)	**Sigismundus** card. Gonzaga (II, 13), *admin.*	1511 Febr. 10	Lat. 1253 f. 191
res. Sigism. card.[3])	**Hercules** de Gonzaga, ejus nepos[4])	1521 Maii 10	Lat. 1399 f. 241'
ob. Her. (1563 Mart. 3)[5])	**Federicus** card. Gonzaga (X, 23), *admin.*[6])	1563 Jun. 4	AC 9 f. 84
ob. Fed. (1565 Febr. 22)	**Franciscus** card. Gonzaga (X, 8)[7])	1565 Maii 15	AC 9 f. 120'
ob. Fran. (1566 Jan. 6)	**Gregorius** Buldrinus O. Praed., prof. theol.[8])	1567 Febr. 7	AC 9 f. 162'
ob. Greg. (1574 Nov. 2)	**Marcus Fidelis** Gonzaga, ep. Absoren.[9])	1574 Nov. 28	AC 15 f. 165'
ob. M. F. (1583 Sept. 8)	**Alexander** Andreasius, ep. Casalen.[10])	1583 Nov. 14	AC 15 f. 341'
ob. Al. (1593 Mart. 23)	**Franciscus** Gonzaga (O. Min.), ep. Papien. († 1620)	1593 Apr. 30	Sch. Ind. 497

Marcanen. *v.* **Tribunen.**

S. Marci (San Marco) in Italia infer., immed. subj. (R. 800 fl., T. 50 fl.)[1])

res. Rutilii Zenonis[2])	**Aloysius** (**Ludov.**) de Amato, ep. Liparen.[3])	1515 Jan. 26	H II 16 (13825/29)
ob. Aloysii (1530)	**Coriolanus** de Martoranis (Martyranus[4])	1530 Jun. 20	AC 3 f. 170', 4 f. 18
ob. Coriolani (1551)	**Joannes Ant.** de la Tulpha, can. Neapol.[5])	1557 Dec. 15	AC 14 f. 106
res. Jo. Ant.[6])	**Petrus** de Tulfa (della Tolfa), cler. Neapol.	1562 Apr. 17	AC 7 f. 117'
ob. Petri (1562)	**Fabricius** Landriano, cler. Mediolan.[7])	1562 Aug. 31	AC 7 f. 126'
ob. Fabricii (c. 1566)	**Guilelmus** card. Syrletus (X, 45)	1566 Sept. 6	AC 9 f. 153'
tr. Guil. ad Squillacen.	**Organtinus** Scazola (Scarola), JUD.	1569 Apr. 1	AC 15 f. 44
ob. Organtini (1572)	**Hippolytus** Boschi, praepos. Saonen., JUD.	1572 Jun. 16	AC 15 f. 109
tr. Hipp. ad Fulginat.	**Matthaeus** Guerra, ep. Fundan.[8])	1576 Jan. 30	AC 15 f. 194

Malleacen.

1) AC 2 f. 50.

2) Card. de s. Severino (I, 12) a. 1481 promoti.

3) Cfr. Anconitan., Gadicen., Atrebaten., Cremonen., Ravennat.

4) S. S. mediet. collationis beneficiorum sibi retinet.

5) Protonot. apost. et magister, cum reserv. pens. 3000 libr. Turon. (Lat. 1365 f. 298 cfr. 300).

6) Abbas mon. ss. Trinit. Malleacen. et s. Martini O. S. B. dioec. Rothomag. ac B. M. V. de Prulliaco O. Cist. dioec. Senonen., quae retinet.

7) Reserv. 1/2 fruct. et coll. benef.

8) Cum retent. mon. de Greston, de Verdolico, s. Lamberti.

9) JUD., nomin. a rege cath., cum retent. mon. de Prulliaco dioec. Senonen. et de Aurea valle Malleacen. sibi commend., cum commenda non facere incompatibilitatem dicatur; † Parisiis m. Apr. 1615.

Manilen.

1) Et quidem ea, quae nominatur Luzon.

2) AC 15 f. 266.

3) Sub titulo Conceptionis B. M. V., de patronatu regis cath.

4) Matriti.

5) Alias: de s. Joanne, † 1598 Aug. 14.

Mantuan.

1) AC 2 f. 163'. — 2) Gonzaga, a. 1483 promoti.

3) Reserv. regr. et fruct.

4) In 16. a. const., usque ad 27. a. in admin., de nobili genere ex utr. par. procr., cui 1527 Febr. 13 conced. ind. confer. benef., cuique, 1527 Maii 3 in S. R. E. card. (V, 4) promoto, Julius III die 27 Sept. 1553 promittit, se ecclisiae Mantuan. per ejus ob. vac. de uno ex fratribus ducis Mantuani provisurum esse, et 1560 facultas procedendi in exemptos quosc., qui absque eius licentia ad monasteria monialium accederent, conceditur (Sch. Ind. 497).

5) In concilio Trident.

6) Quocum dispens. super def. aet. cuique 1564 Oct. 16 eccl. Mantuan. in titulum conceditur (AC 7 f. 183), paulo ante (Sept. 6) coadjutoria eccl. Mantuan. in consist. proposita (AC 7 f. 180').

7) Cum dispens. super def. aet., quatenus opus sit, et reserv. pens. 1/3 fruct. pro personis a S. S. nominandis. A. 1566 Jul. 19 S. S. deputat card. Cicadam (VII, 13), Capisuccum (IX, 8), de Gambara (X, 10), s. Sixti (X, 33) et Bobbam (X, 32) ad cognosc. causam validitatis vel inval. juris patron. ecclesiae Mant. concessi duci Mantuan. a Pio IV; Nov. 8 legit Cicada processum super hoc institutum, sed antequam finitus est, terminatur consistorium; sed Dec. 23, postquam lectus est ille processus in consist., S. S. pronuntiat illam concessionem esse invalidam et nullam (AC 9 f. 151', 156', 159).

8) Cum reserv. pens. 4200 duc. (sing. 1000 card. Paleotto (X, 46) et epo. Fanen., sing. 500 card. Commendono (X, 43), Boncampagno (X, 33), Pisano (X, 28), sing. 200 nepoti praedicti epi. Fanen., Gabrieli capellano S. S., Bernardino Pio S. S. familiari, 100 officio inquis. Mantuan.).

9) Cum reserv. 1000 scut. auri pro card. Guastavillano (XII, 2).

10) Cum reserv. pens. 2000 duc. pro card. Gonzaga (XII, 13) ita, ut aliae pensiones cessantes accrescant eidem pro 1/2.

S. Marci.

1) AC 14 f. 106 et 15 f. 44. — 2) A. 1484 promoti.

3) Apud *Gams* 892 inter Aloysium (Ludov.) et Coriolanum recensetur Ludovicus Alferio, qui „sed. 1526, † 1530"; sed hic idem esse videtur atque ille Ludov. Alferius, qui a. 1591 fit ep. S. Marci.

4) Cui 1535 Apr. 29 prorog. tempus consecr., 1545 Dec. 13 — 1552 Apr. 28 subscribit in conc. Trid.

5) Cum retent. unius eccl. paroch. ad 3 menses et aliorum benef. ad vitam.

6) Reserv. 1/2 fruct.

7) Qui 1562 Oct. advenit Tridentum (Sch. Ind. 497).

8) Qui ex illis regionibus or. est.

ob. Matthaei (1578)	**Joannes Ant.** Grignetta, presb. Neapol., JUD.	1578 Jun. 2	AC 15 f. 245'
ob. Jo. Ant.	**Marcus Ant.** del Tufo (de Fuso)[9])	1585 Maii 10	AC 10 f. 1', 18 f. 22
tr. M. A. ad Militen.	**Franciscus Ant.** de Afflictis, can. Amalf.[10])	1585 Oct. 21	AC 10 f. 23, 18 f. 30
ob. Franc. Ant. (1586)	**Antonius** Meliori, S. S. capellanus int.	1586 Oct. 13	AC 10 f. 60', 18 f. 47
res. Antonii	**Ludovicus** Alferius, cler. Cortonen.[11])	1591 Mart. 20	AC 11 f. 27, 18 f. 162'
ob. Ludovici (1594)	**Joannes Hieron.** Pisanus († 1602)	1594 Oct. 3	Sch. Ind. 497

Margariten. (**Maraga**) in Persia, tit.

certo modo	**Joannes** Pulchri (Paleasii) O. Min., prof. theol.[1])	1503 Maii 22	Lat. 1129 B f. 281'
certo modo	**Alexander** de Misczin[2])	1514 Febr. 20	Sch. Ind. 497
ob. Al. de M.	**Joannes** Dziaduski, adiac. Wladislav.	1540 Dec. 1	AC 5 f. 115'
tr. Jo. ad Chelmen.[3])	**Valerianus** de Varsovia O. Praed., prof. theol.[4])	1543 Oct. 5	AC 5 f. 175'
ob. Valeriani	**Adam** Mierchowski, abbas mon. Coronovien.[5])	1565 Apr. 13	AC 9 f. 119
ob. Adami	**Andreas** Blinowski, can. Wladislav.[6])	1574 Apr. 19	AC 15 f. 148'
ob. Andreae	**Matthias** Vieliczki, presb. Plocen., dr. jur. can.	1581 Jan. 23	AC 15 f. 303
certo modo	**Joannes** Poromivicski (Nowomiciski), can. Wladislav.[7])	1587 Jan. 28	AC 10 f. 74, 10 f. 57'
certo modo	**Franciscus** Lanczki	1597 Sept. 15	Sch. Ind. 497

Mar(i)anen. (**Mariana**) in ins. Corsica, suffr. Januen. (T. 36 fl.)[1])

ob. seu res. Joannis B.[2])	**Joannes Bapt.** Cibo	1512	Gams 766
res. Jo. B. Cibo[3])	**Innocentius** card. Cibo (III, 4), *admin.*	1531 Mart. 20	AC 3 f. 182
res. Innoc. card.	**Caesar** Cibo, *admin. usque ad a. 27.*	1531 Dec. 1	AC 4 f. 40'
tr. Caes. ad Taurin.[4])	**Octavianus** Cibo, ejus frater[5])	1548 Jun. 22	AC 8 f. 103'
ob. Octaviani	**Balduinus** de Balduinis (Barga)[6])	1550 Dec. 17	AC 8 f. 174, 6 f. 68
tr. Bald. ad Aversan.	**Joannes Bapt.** card. Cicada, (VII, 13), *admin.*[7])	1554 Mart. 30	AC 6 f. 186
res. Joa. B. card.[8]) {	**Nicolaus** Cicada, cler. Januen.	1560 Sept. 13	AC 7 f. 59'
ob. Joa. B. card. {	**Joannes Bapt.** Centurionis, presb. Januen.[9])	1570 Sept. 4	AC 15 f. 74'
res. Joa. B. Cent.[10])	**Nicolaus** Mascardus, ep. Brugnaten.	1584 Apr. 9	AC 18 f. 6
ob. Nicolai (1599)	**Hieronymus** de Puteo (Pozzi, res. 1622)	1599 Nov. 29	Sch. Ind. 497

Ma(tt)ronen. (**Maronea**) in prov. Rhodopes, suffr. Adrianopolitan. (?), tit.[1])

Maronitarum in Syria patriarchatus.[1])

. . . .	**Petrus**, confirm. a sede apost.[2])	1515 Aug. 1	Sch. Ind. 497
ob. Petri	**Petrus**, presb. et episc.[3])	1579 Sept. 18	AC 15 f. 276

[9]) Presb. Neapol., S. S. referend., cum reserv. ann. pens. 200 duc. pro Carolo Baldino, cuiusd. eccl. monialium Neapol. vicario.

[10]) Presb., in a. 32. const., nobilis ex utr. par., JUD., 1584 Sept. 22 a Julio aep. Amalf. in subdiac. et 1585 Oct. 8 a card. Sabello (VI, 38) ep. Portuen. in diac. ordinatus, per 7 annos vicarius eccl. Amalf., cum reserv. 200 scut. pro Horatio Fusco S. S. familiari (AC Proc. Miscell. nr. 16). Ante Franciscum *Gams* 892 recenset Joa. Maria de Alexandris, tr. Mileto, 1585; cfr. s. v. Militen. not. 9.

[11]) Qui vicarii munus in nonnullis insign. Italiae civit. gerebat et nunc auditor est Scipionis card. Gonzaga (XII, 29).

Margariten.

[1]) Suffrag. epi. Trecensis. † 1507.

[2]) Hic et alii qui sequuntur epi. Margar. suffraganeos epporum. *Wladislavien.* agebant.

[3]) Sed prius (1542 Maii 31) ad Camenecen.

[4]) Quocum dispens. super def. nat. (ex soluto et soluta genito).

[5]) Ord. Cist. dioec. Wladislav., quod mon. retinet; pro quo Nicolaus ep. Wladisl. supplicavit, ut consuetudo est, quod hic tamquam senator regni et consil. regius pluries diversis magnis negotiis impeditus nequit sui epatus. munere fungi.

[6]) Cum retent. huius can. et certi adiaconatus et indulto, ut ab uno episcopo et uno abbate mitrato consecretur.

[7]) Cum retent. huius can. ad vitam et alterius in quadam eccl. colleg. ad annum; quocum dispens. super eo, quod, licet in sacris canonibus et theol. bene versatus, non est doctor (ex more illius regionis).

Mar(i)anen.

[1]) AC 8 f. 174, sed l. c. f. 103': 1137 fl. (?).

[2]) Ususmaris a. 1500 promoti, qui forsan idem est atque ille Jo. Bapt. Cibo, qui sec. *Gams* a. 1512 succedit.

[3]) Reserv. ½ fruct.

[4]) Reserv. pens. 400 scut.

[5]) Protonot. apost. de num. particip., in 27. a. const.

[6]) Cler. Lucan., famil. S. S.

[7]) Cum resign. admin. epatus. Albinganen.

[8]) Res. regr., ½ fruct., collat. benef.

[9]) In 27. a. const., cum reserv. pens. 100 scut. pro epo. Sagonen. — A. 1563 *eccl. Accien. cum Marianen. unita est;* a. 1619 cathedralis in *Bastia B. M. V.* restituitur.

[10]) Seu tr. ad Saonen.

Ma(tt)ronen.

[1]) Cui ecclesiae certo modo vac. praeficitur in epum. *Rodericus Fuentes*, prior mon. s. Joh. de Corias O. S. B. dioec. Oveten. 1508 Febr. 17 (Lat. 1209 f. 159').

Maronitarum.

[1]) Cuius sedes est in monast. s. Antonii nuncup. de Canubin in monte Libano. — Defuncto episcopo, qui Maronitis in ins. Cypro sacramenta ministrabat, frater quidam O. Min. (*Bernardinus* de Cremona ep. Beryten.) ad hoc munus obeundum eligitur 1531 Junii 21 (AC 3 f. 185') et 1562 Aug. 31 *Francisco* epo. Maron. in C. R. defuncto succedit *Georgius* (Salomo de Cypro) aep. Damascen., reserv. denom. aepi. Damascen. (AC 7 f. 125').

[2]) Sch. Ind. 497: 1562 Sept. 1 confirm. privil. atque indulg. Petri patriarchae et ecclesiae Maron., post cuius ob. patriarch. Maron. per aliquot tempus vacat.

[3]) Natione et genere Maronita, ann. 43 tempore elec.; ecclesiae patriarch. in supradicto monast., in quo degunt praeter patriarcham 2 episcopi et 30 monachi, est sub invoc. s. M(ariae), sacris et pretiosis vestibus a multis S. P. donata, aliis vero ad divinum cultum necessariis satis tenuiter instaurata; habet ex speciali praerog. etiam campanas. R. eiusd. patr. eccl. fl. 1000 (Arm. C fasc. 75 nr. 13). A. 1574 Greg. XIII Petrum patr. Maron. el. et omnes Maronitas sub protect. sedis apost. recipit et ad eos jubilaeum mittit; 1578 Febr. 19 idem S. P. laetatur de professione fidei et mittit quaedam munuscula cum 2 sacerd. (S. J., scil. Bapt. Aeliano ac Thoma Raydio), qui Maronitas instruant (l. c. nr. 10). — 1580 Mart. 23 patriarchae „montis Libani" pallium conced. (AC 15 f. 287').

ob. Michaelis (!)	**Sarches** (Sergius?), monachus et aep.[4])	1583 Mart. 14	AC 15 f. 335
ob. Sergii	**Joseph** Risius, aep. Cassarae	1599 Maii 5	Sch. Ind. 497

Mar(r)ochitan. (**Marocco**) in Africa septentr., quasi tit.

ob. seu res. Francisci[1])	**Petrus** de Monlemolin	. . . . . .	Lat. 1214 f. 34
ob. Petri de Montem.	**Martinus** Cabeza de Vacca O. Praed.	1508 Jan. 28	
ob. Martini	**Sebastianus** de Obregon O. S. B.[2])	1534 Dec. 2	Lat. 1615 f. 65'
res. Sebast.[3])	**Sanctius** Diaz de Trugillo	1539 Sept. 9	AC 5 f. 89'
res. Sanctii	**Sebastianus** de Obregon O. S. B., *iterum*	1546 Nov. 15	AC 8 f. 29
certo modo	**Joannes** Teres, presb. Vicen.[4])	1575 Febr. 4	AC 15 f. 171
tr. Joannis ad Elnen.	**Michael** Spinosa, presb. Calagur.[5])	1579 Oct. 26	AC 15 f. 277
. . . .	**Thomas** de Spinosa, presb. Calagur.	1606 Sept. 25	Sch. Ind. 497

Marsican. (**Marsi**) in Italia infer., immed. subj. (R. 200 fl., T. 100 fl.)[1])

Gabriele[2]) senesc.	**Jacobus** de Maccafanis, ejus nepos, coadj. c. j. s.	1505 Jun. 18	AC 12 f. 71
Jacobo senesc.	**Joannes Dion.** Maccafani, ejus nepos, coadj. c. j. s.[3])	1520 Febr. 6	AC 2 f. 120'
ob. Jo. Dion. (1533)	**Marcellus** de Crescentiis, cler. Rom., auditor rotae[4])	1534 Jan. 19	AC 4 f. 63'
res. Marcelli card.	**Franchinus** Michaelis, cler. Sipontin., JUD.[5])	1546 Maii 17	AC 8 f. 13', 5 f. 265
tr. Fr. ad Casalen.	**Nicolaus** de Vigiliis, cler. Bononien.[6])	1548 Jul. 27	AC 8 f. 107
res. Nicolai	**Joannes** Bapt. de Milanesiis, cler. Florentin.[7])	1562 Maii 27	AC 7 f. 121
ob. Jo. Bapt. (1579)	**Matthaeus** Collis[8]), cler. Neapol.[9])	1579 Febr. 13	AC 15 f. 267
ob. Matthaei (1506)	**Bartholomaeus** Perettus († 1628)	1597 Apr. 14	Sch. Ind. 498

Marsicen. (**Marsico nuovo**) in Italla infer., suffr. Salernitan. (T. 100 fl.)[1])

ob. Octaviani[2]) (1535)	**Vincentius** Boccafereus, mon. O. Mont. Oliv.[3])	1536 Jan. 10	AC 5 f. 7'
ob. Vinc. in C. R. (1537)	**Angelus** Archilegius de Ameria[4])	1537 Sept. 24	AC 5 f. 43
tr. Ang. ad Assis.	**Martius** de Martiis de Medicis[5])	1541 Febr. 4	AC 5 f. 120
res. Martii	**Angelus** Martius Medices, presb. Florentin.[6])	1574 Oct. 15	AC 15 f. 162
ob. Angeli (1582)	**Ludovicus** Pallavicinus de Ceva, ep. Satutiar.	1583 Aug. 8	Gams 894
ob. (Ludovici)	**Antonius** Fera, minister gener. O. Min. Conv.	1584 Apr. 9	AC 18 f. 6
Antonio senesc.[7])	**Ascanius** Parisi, ep. Hebronen., coadj. c. j. s.[8])	1599 Apr. 2	Sch. Ind. 498

S. Marthae (**Santa Marta**) in Indiis occid. (Columbia).

Hodie erectae[1])	**Alfonsus** de Tobes, presb. Seguntin., lic. theol.[2])	1534 Jan. 9	Lat. 1600 f. 14
ob. Alfonsi	**Joannes Ferd.** de Angulo	1536 Sept. 6	AC 5 f. 18'
ob. Joannis (1542)	**Martinus** de Calatayud O. s. Hieron.[3])	1543 Dec. 19	AC 5 f. 178'
ob. Martini (1549)	**Joannes** de los Barrios, ep. del Rio de la Plata[4])	1552 Apr. 2	AC 6 f. 123
. . . .	**Joannes** Mendez de Villafranca O. Praed.	1577 Apr. 15	AC 15 f. 220
ob. Joannis	**Sebastianus** de Ocando O. Min. Obs.[5]) († 1619)	1579 Febr. 6	AC 15 f. 266

[4]) A primoribus cleri et populi Syriae, ex consuet. illius nationis, el. seu postul., cui 1583 Mart. 23 pallium conceditur, cuique S. P. 1596 Hieronymum Dandinum S. J. mittit (Sch. Ind. 497).

Mar(r)ochitan.

[1]) Ferrandi, a. 1496 promoti.

[2]) Suffr. card. et aepi. Hispalen. (V, 22).

[3]) Reserv. denom. et eccl. s. Elmi extra muros Hispalen. sine cura, quae ecclesiae Maroch. perpetuo est unita.

[4]) Poenitentiarius in eccl. Terraconen., qui suffr. cardinalis et aepi. Terracon. (XI, 7) agit.

[5]) Suffr. aepi. Valentinen., cum assign. pens. ann. 500 duc.

Marsican.

[1]) AC 12 f. 71. — [2]) De Maccafanis a. 1471 promoto; † 1511. Cui nepos Jacobus primum 1498 Jun. 18 in coadj. c. j. s. deputatus est.

[3]) In a. 20. const., admin. usque ad 27.

[4]) Clem. VII 1534 Febr. 20 posessionem eccl. Marsican. nomine camerae apost. capi jubet; Paulus III 1534 Apr. 1 Petrum Suarez de Corduba, qui Marcellum el. Marsican. gravissimis vulneribus affecit, Romam deduci jubet; 1535 Maii 15 eidem el. indultum confer. beneficia, litteris nondum exped., conceditur (Sch. Ind. 498). 1552 fit card. (VI, 41). — [5]) Urbis Romae gubernator.

[6]) Card. Guidonis Ascanii (VI, 2) magister domus; cum reserv. pens. 200 duc. pro personis a S. S. nominandis; cui 1548 Aug. 24 conced. fac. cap. possess., 1549 Febr. 9 S. S. eidem munus consecr. impendi iubet, 1550 Maii 7 pro eodem exemptio a decimis (Sch. Ind 498).

[7]) Cum reserv. pens. (ad success. transeuntis) 40 duc. pro Virgilio de Acarisiis, nepote epi. resign.; 1562 Nov. 22 ille Jo. B. Tridentum advenit (Sch. Ind. 498).

[8]) Apud *Gams* 893: „Colonna".

[9]) Cum retentione monasterii de Victoria dioec. Marsican.

Marsicen.

[1]) AC 4 f. 166.

[2]) Caracioli, a. 1494 promoti, qui 1510 Jul. 24 visitat limina apost. per procur. (Sch. Ind. 498).

[3]) Magister domus S. S., quae ei 1537 Apr. quandam domum in civit. Bonon. donat (Sch. Ind. 498).

[4]) Magister domus S. S., 1537 Oct. 12 obtinet fac. cap. possess.

[5]) Quocum dispens. super def. nat. — Advenit Tridentum 1561 Oct. 3 (Sch. Ind. 498).

[6]) JUD., cum retent. cujusd. canonic. ad 3 menses et aliorum benef. simpliciter. — [7]) † 1600 Apr. 24.

[8]) Insimul ep. Philadelphien. † 1614 Apr. 23.

S. Marthae.

[1]) Sub Invoc. S. Marthae. Quae erectio iam proposita est in consist. 1532 Maii 24; cfr. *Röm. Quartalschrift* VI (1892) p. 228.

[2]) In 35. a. const. (AC 4 f. 63). Sec. *Gams* 155 iste Alf. jam prom. 1529 Nov. 15, † 1532 Jun. 21; ante eum recensetur Thomas de Ortiz O. Praed., † in brevi. — [3]) Praesent. a caesare.

[4]) Praesent. a caesare. — 1562 Sept. 11 S. S. *sedem episc.* propter populi raritatem et alia plurima incommoda instante rege cath. ad oppidum *S. Fidei* (de Bogota, v. ibi), ipso opp. in civit. ejusque eccl. in cathedr. erectis, *transfert.*, ita ut eccl. s. Marthae *collegiata* tantum remaneat (AC 7 f. 127'). Quae quidem 1577 Apr. 15 iterum in *cathedr.* erigitur ad supplic. regis cath., cui reserv. jus praesentandi (AC 15 f. 220).

[5]) Qui testimonium (consensus) superioris (ordinis sui) propter locorum distantiam non habet; nomin. a rege cath.

Marturan. (Martorano) in Italia infer., suffr. Cusentin. (T. $33^1/_3$ fl.)[1]

ob. Angeli[2] (1537)	**Jacobus**[3] de Ancona O. Min. Conv. minister gen.	1537 Jun. 27	AC 5 f. 35
ob. Jacobi (1560)	**Ptolomaeus** (**Barthol.**) Gallius, S. S. secretarius[4]	1560 Sept. 13	AC 7 f. 59
tr. Ptol. ad Siponlin.	**Hieronymus** (de Federicis), ep. Sagonen.	1562 Jul. 6	AC 7 f. 123
res. Hieron.[5]	**Gregorius** de Cruce O. Praed., Hispanus, dr. theol.	1569 Apr. 1	AC 15 f. 44
ob. Gregorii (1577)	**Marianus** de Perbenedictis, cler. Camerinen.[6]	1577 Jan. 30	AC 15 f. 216'
res. Mar. card.[7]	**Robertus** Philius, presb. de Altamura null. dioec.[8]	1591 Apr. 5	AC 18 f. 164', 11 f. 29
ob. Roberti	**Franciscus** Monachus († 1627)	1592 Jun. 26	Sch. Ind. 498

Martyrien. (**Martyropolis**) in Mesopotamia, suffr. Amiden., tit.

certo modo	**Ludovicus** Norman O. Min. Obs., prof. theol.[1]	1560 Jul. 17	AC 7 f. 51
ob. Ludovici	**Antonius** Bernardez O. Praed.	1576 Nov. 17	AC 15 f. 209
. . . .	**Angelus** O. Carm.	1600 Aug. 15	Sch. Ind. 498

Massalubren. *v.* **Lubren.**

Massanen. (**Massa marittima**) in Italia media, suffr. Pisan. (R. 1200 fl., T. 300 fl.)[1]

ob. Venturae[2]	**Alfonsus** card. de Petruciis (II, 26)	1511	AC 2 f. 23
priv. Alf. card.	**Joannes Georgius**[3] de Peruchis, cler. Roman.	1517 Jul. 16	(AC 2 f. 23)
tr. Jo. ad Telesin.	**Camillus** Peruschini[4]	1524 Jul. 29	Sch. Ind. 498
res. Camilli Perusch.	**Paulus** card. de Cesis (III, 32), *admin.*	1529 Oct. 6	AC 3 f. 157
res. Pauli card.[5]	**Hieronymus** de Glanderonibus, aep. Amalfitan.[6]	1530 Oct. 21	AC 3 f. 175
res. seu tr. H. ad Ancon.	**Alexander** card. de Farnesio (VI, 1), *admin.*	1538 Nov. 15	AC 5 f. 71
res. Alex. card.[7]	**Bernardinus** Maffeus, cler. Romanus[8]	1547 Apr. 22	AC 8 f. 40'
res. Bern. el.[9]	**Michael** card. de Silva (VI, 39)	1549 Maii 20	AC 6 f. 4, 8 f. 133'
ob. Mich. card.[10]	**Franciscus** Franchini, cler. d. Marturan.[11]	1556 Oct. 30	AC 14 f. 53
res. Alex. card.[12]	**Ventura** de Buffalinis, cler. Civ. Castelli[13]	1560 Mart. 13	AC 7 f. 24
ob. Vent. (1570)[14]	**Antonius** Bargaeus de Angelis[15]	1570 Aug. 23	AC 15 f. 73
ob. Ant. Angeli	**Albertus** Bolognettus, cler. Bononien.[16]	1579 Apr. 27	AC 15 f. 269'
ob. Alb. card.	**Vincentius** Casalius, presb. Bononien.[17]	1585 Jul. 1	AC 18 f. 25', 10 f. 10
res. Vincentii[18]	**Achilles** Sergardius, presb. Senen., S. S. referend.	1587 Sept. 28	AC 18 f. 71, 10 f. 99'
ob. Achillis (1601)	**Alexander** Petrucci (tr. ad Senen. 1615)	1602 Apr. 22	Sch. Ind. 498

Massilien. (**Marseille**) in Gallia orient.-austr., suffr. Arelaten. (R. 2200 fl., T. 700 fl.)[1]

ob. Ogerii (d'Anglure)[2]	**Joannes** de Cuers, praep. eccl. Massilien., el.	1506 Apr. 29	Eubel I² 558
res. Joa. (1506 Jul. 14)	**Petrus** Baudonis, decr. doct. et refer. apost.	1506	(Eubel I² 558)
tr. Pet. ad Interam.	**Antonius** de Farno O. Praed., Aurelianensis	1506 Aug. 21	Sch. Ind. 498
ob. Ant. (1509 m. Jun.)	**Claudius** de Seysello, presb. Lugdunen. JUD.[3]	1511 Dec. 3	Lat. 1261 f. 58'

Marturan.

[1]) AC 5 f. 35, f. 44. — [2]) De Papacoda, a. 1497 promoti.

[3]) Jac. Ant. Ferduzzi.

[4]) Reserv. pens. 200 duc. pro duobus familiar. S. S.; 1561 illi Ptol. conced. ind. arrendandi bona ipsius eccl. Mart.

[5]) Cui, olim gubern. Urbis, 1569 conced. exemptiones ipsi gubern. concedi solitae (Sch. Ind. 498).

[6]) Cui prorog. tempus exped. bullarum (provis.); a. 1589 in S. R. E. card. promov. (XIII, 30).

[7]) Reserv. fruct. (demptis 1000 duc. pro electo) et collat. benef.

[8]) Decr. dr., ipsius ecclesiae Mart. decanus et vicarius, qui sec. *Gams* 895 jam 1583 per res. Mariani ep. eidem succedit et † 1591!

Martyrien.

[1]) Hic et qui sequuntur ep. Mart. *suffr.* epporum. *Colimbrien.* agebant.

Massanen.

[1]) AC 2 f. 23, 5 f. 71. Cfr. infra not. 8.

[2]) Bencassai, prom. a. 1501 (antea thesaurarii generalis et sacristae ac cler. cam. apost.).

[3]) Seu Gregorius. — Apud *Gams* 756 nomin. Joannes *Hieron.* et eius successor Franciscus.

[4]) Sch. Ind. 498: 1524 Jul. 29 Franciscus Marius Petrusco fit coadj. (Camilli epi.?) Massanen. — [5]) Reserv. regr.

[6]) Reserv. pens. 300 duc. pro Camillo de Peruschis cler. Romano (Lat. 1542 f. 204), quae pensio 1538 Nov. 15 cassatur et transfertur super fruct. eccl. Strongulen. (AC 5 f. 71').

[7]) Reserv. fruct. (exceptis 600 duc. pro success.) et coll. benef.

[8]) Illius card. secretarius. — Abhinc illo tempore haec dioecesis appellatur *Massan. et Populonien.*, ecclesia oppidi Populoniae prope Plumbinum (*Piombino*) in cathedr. erecta.

[9]) Reserv. regr. et coll. benef.

[10]) Et resign. juri regr. Alex. card. Farnesii.

[11]) Reserv. pens. 100 duc. pro Bernardo Capello clerico Venet.

[12]) Reserv. regr.

[13]) Subscribit Tridenti 1563 Nov. 11 — Dec. 3 (Sch. Ind. 498).

[14]) Cassato omni jure regressus.

[15]) Illo tempore territorium seu tenimentum Vallis et Mondionis ac alumineriarum in eo existentium ab eccl. Massan. et Popul. dissolvitur et camerae apost. applicatur (Sch. Ind. 498).

[16]) JUD., nuntius apost. apud Venetos, postm. in S. R. E. card. (XII, 27) prom.

[17]) Salva reservatione portionis, quam camera apost. solvit epo. Massan. pro card. Farnesio. Qui Vinc. 1575 Apr. 24 obtinuit canonic. s. Petri de Urbe, in quo succedit Decius Azolinus (Sch. Ind. 498).

[18]) Reserv. pens. 200 scut. et denomin., † 1591 Maii 20.

Massilien.

[1]) AC 2 f. 9, 8 f. 160'.

[2]) A. 1496 promoti et 1506 Apr. 27 defuncti.

[3]) El. a capit. 1509 Jul. 11. Notarius apost., Lud. regis Franc. consil. et orator, cui adhuc el. 1513 Sept. 12 canon. et adiac. major eccl. Bituricen. confertur (H I 271 nr. 4451).

tr. Cl. ad Taurinen.	**Innocentius** card. Cibo (III, 4), *admin.*	1517 Maii 11	AC 2 f. 9
res. Innoc. card.	**Joannes Bapt.** Cibo ejus frater [4]	1530 Jan. 12	AC 3 f. 161
ob. Innoc. card.	**Christophorus** de Monte, ep. Callien. [5]	1550 Jun. 27	AC 6 f. 48', 8 f. 160'
res. Christ. card. [6]	**Petrus** Rag(ue)neau, ips. eccl. can. et sacrista [7]	1556 Mart. 9	AC 14 f. 5'
res. Petri [8]	**Fredericus** Ragueneau, can. ips. eccl., JUD. [9]	1572 Jul. 30	AC 15 f. 111

Massilitan., tit.

certo modo	**Franciscus** de Conceptione O. Min., prof. theol. [1]	1551 Maii 22	AC 6 f. 87
certo modo	**Guilelmus** Cheisholme, can. Dumblanen. [2]	1561 Jun. 2	AC 7 f. 86'

Matisconen. (**Mâcon**) in Gallia orient., suffr. Lugdunen. (T. 1000 fl.) [1]

res. Stephani [2]	**Claudius** de Longovico, cler. Lingonen. [3]	1510 Apr. 24	Lat. 1253 f. 177
res. Claudii [4]	**Ludovicus** (Chantereau O. S. A.)	1529 Nov. 10	AC 3 f. 158'
ob. Lud. (1531 Sept. 24)	**Carolus** de Hemard, adiac. Constantien. [5]	1531 Jan. 22 [6]	Lat. 1542 f. 6'
tr. Car. ad Ambian.	**Antonius** (de Narbonne O. S. B.), ep. Sistaricen. [7]	1541 Sept. 28	AC 5 f. 135'
ob. Ant. (1542 Oct. 6)	**Petrus** (du Chastel), ep. Tutellen. [8]	1544 Apr. 2	AC 5 f. 185'
tr. Pe. ad Aurelian.	**Franciscus** de Faucon, ep. Aurelianen. [9]	1551 Oct. 12	AC 6 f. 104'
tr. Franc. ad Carcass.	**Amandus** de Fuxo, cler. (tantum) d. Burdegalen. [10]	1556 Jul. 6	AC 14 f. 34'
res. Amandi [11]	**Joannes Bapt.** Alamannus, ep. Vasaten.	1560 Maii 29	AC 7 f. 36
ob. J. B. (1582 Aug. 13)	**Lucas** Alamannus [12]	1583 Jul. 18	AC 15 f. 339
tr. Lu. ad Vulterran.	**Gaspar** Dinet (O. Minim., cons. 1600 Jan. 6; † 1619 Nov. 30)	1599 Aug. 2	Sch. Ind. 498

Maurianen. (**Saint-Jean de Maurienne**) in Sabaudia, suffr. Tarentasien. (T. 1157 fl.) [1]

res. Ludovici [2]	**Joannes Philibertus** de Challant, ejus nepos [3]	1532 Apr. 10	AC 4 f. 43'
ob. Jo. Phil. (1544)	**Hieronymus** de Capiteferreo, dalarius S. S. [4]	1544 Jul. 30	AC 5 f. 191
ob. Hier. card.	**Brandelisius** de Trottis, praepos. eccl. Ferrarien. [5]	1560 Mart. 27	AC 7 f. 26'
ob. Brand. (1563)	**Hippolytus** card Ferrar. seu Esten. (VI, 26), *admin.*	1564	Gams 830
res. Hipp. card. [6]	**Petrus** Lambertus, prior s. Maur. de Clarofonte [7]	1567 Nov. 21	AC 9 f. 174
ob. Pe. (1591 Maii 6)	**Philibertus** Milet, ep. Hierapolitan. [8]	1591 Maii 6	Gams 830

Mazzarien. (**Mazzara**) in ins. Sicilia, suffr. Panormitan. (R. 1500 fl., T. 200 fl.) [1]

res. Joannis [2]	**Joannes** de Villa Maria	1503	Gams 949
ob. Joannis (1525)	**Augustinus** de Francisco, cler. Neapol. [3]	1525 Jul. 21	AC 3 f. 73

---

[4]) Qui deputatur 1530 Oct. 11 *admin.* tantum, donec a. 27. attigerit, die autem 8 Mart. 1538 aspectui apost. personaliter se praesentare jubetur (Sch. Ind. 498); sec. *Gams* 574 „non intrat, † 1550".

[5]) Patruelis S. S. Julii III, cum reserv. pens. 500 duc. pro Petro de Monte O. Hosp. s. Joh. Jerosol. et praefecto arcis s. Angeli de Urbe. Qui a. 1551 in S. R. E. card. (VII, 3) promotus, 1550 Oct. 27 ad regis Franc. nominationem denuo praeficitur; asserentibus enim nonnullis, ecclesiam Massil. extra R. C. vacasse et nonnisi ad regiam nomin. provideri eidem potuisse; rex Franc. nominavit *Joannem de Balaquer* abb. mon. b. M. de Pe(y)rignac O. Cist. dioec. Agenen., cui tamen S. P. regressum reservat, ut provisio apost. effectum habeat (Sch. Ind. 498; cfr. infra s. v. Vasaten. ad a. 1563).

[6]) Reserv. pens. 500 scut. et cassat. regr. seu access. Joanni de Balaquerio olim concess.

[7]) Nomin. a rege Franc., cujus provisio jam 1556 Febr. 28 in consist. proposita est (AC 14 f. 5').

[8]) Senio et adversa valet. confecti reserv. pens. 2000 duc. (ad 1/3 fruct.) L., † 1577 Mai 4.

[9]) Nomin. a rege Franc., cum retent. 2 prioratuum sine cura et conventu; † (occisus) 1603 Sept. 26.

Massilitan.

[1]) Suffr. aepi. Bracharen., cui a. 1562 paroch. eccl. s. Petri Bracharen. conced. in comm. (Sch. Ind. 498).

[2]) Coadj. epi. Dumblanen.

Matisconen.

[1]) AC 5 f. 135', 14 f. 34'.

[2]) De Longovico a. 1488 promoti († 1511), cui 1503 Nov. 26 duae paroch. eccl. in civ. et dioec. Matisc. conced. in comm. (Lat. 1130 f. 146).

[3]) Ejus nepos, baccal in decr., diac., de bar. et com. genere procr.

[4]) Seu tr. ad Lingonen. 1533 promotus in S. R. E. card. (V, 31).

[5]) Lic. in utr. jure, in magno consilio Franc. regis Franc. consil., qui pro eo, postm. in S. R. E. card. (VI, 15) promoto, suppl.

[6]) Alias (AC 4 f. 42): 1532 Febr. 7.

[7]) Nomin. a rege Franc.

[8]) Magnus eleemos. Henrici regis Franc., cui a. 1550 commend. mon. Daubeniae (Albae ripae?) O. Cist. dioec. Lingonen.

[9]) Nomin. a rege Franc.

[10]) De comitum genere procr., cum retent. unius praepos. saecul. et unius paroch. eccl. ad 6 menses.

[11]) Sec. *Gams* 572: tr. ad Vasaten.

[12]) Ut not. 9.

Maurianen.

[1]) Eubel II² 187.

[2]) De Gorrevodo-Challant, 1499 in ep. Maur. et a. 1530 in S. R. E. card. (V, 21) promoti, † a. 1535.

[3]) 1530 Mart. 9 el. in episc. Burgien. *(Bourg)* (cfr. AC 3 f. 165), qui epatus de novo e partibus eccl. Maurianen. erectus et nunc cum eodem iterum conjungitur; cum reserv. pens. 600 duc. pro Joh. Alb. filio ducis Sabaudiae et 100 duc. pro Jac. Lanceo.

[4]) El. Nicien., 1544 Dec. 19 in S. R. E. card. prom. (VI, 59).

[5]) Et rector par. eccl. s. Mich. de Salieta dioec. Ferrar. ac commend. 2 prior. O. S. B. Carnoten. et null. dioec.

[6]) Reserv. pens. 800 duc.

[7]) O. S. A. de Gratianop., qui ruralis est et conventu curaque animarum caret, necnon decanus capellae sanctae de Chamberiaco, in qua *ss. sudarium* conservatur quaeque est de jure patron. ducum Sabaudiae, cum retent. illius prior. ad vitam et hujus decan. ad 6 menses ac reserv. pens. duc. 50 pro Vincentio et 50 pro Marco Antonio fratribus Justinianis (de ins. Chio) pietatis intuitu, ne ob Chium a Turcis occup. litterarum studia per egestatem deserere cogantur.

[8]) Qui jam 1590 Apr. 4 in illius Petri ep. coadj. c. j. s. assumptus est; cfr. s. v. Hierapolitan. p. 210.

Mazzarien.

[1]) AC 3 f. 73, R. alias: 1000 fl. (AC 3 f. 122).

[2]) Castrioti, a. 1486 promoti.

[3]) In 22. a. const., reserv. pens. 500 duc. pro Aug. Foglietta.

res. seu ob. August.	**Hieronymus** de Francisco, ejus frater patruelis [4])	1526 Dec. 12	Lat. 1482 f. 65
ob. Hieronymi	**Joannes** Homodei, can. Panormitan. [5])	1530 Dec. 14	Lat. 1547 f. 9
ob. Jo. (1542 Febr. 1)	**Hieronymus** de Terminis, presb. Panormitan. [6])	1543 Aug. 6	AC 5 f. 173'
ob. H. (1561 Oct. 27)	**Jacobus** (Lomellinus), ep. Guardien. [7])	1562 Apr. 17	AC 7 f. 115'
tr. Jac. ad Panorm.	**Joannes** Beltramus de Ghevara, cler. Toletan. [8])	1571 Sept. 24	AC 15 f. 95
tr. Jo. ad Nicen. tit.	**Antonius** Lombardi, cler. Mazzarien. [9])	1573 Jan. 16	AC 15 f. 125'
tr. Ant. ad Agrigent.	**Bernardus** Gasco, presb. Toletan. [10])	1579 Mart. 30	AC 15 f. 268'
ob. Ber. (1586 Aug. 14)	**Lucianus** (de Rubeis), ep. Juvenacen. († 1602 Oct. 28) [11])	1589 Jan. 23	AC 10 f. 16, 18 f. 109

Mechlinien. (**Malines** seu **Mecheln**) in Belgio, metrop.

Nov. er. 1559 Maii 12 [1])	**Antonius** card. Granvella (X, 15), ep. Atrebaten. [2])	1561 Mart. 10	AC 7 f. 76'
res. Ant. card.	**Joannes** Hauchinus, lic. theol. [3])	1583 Jan. 24	AC 15 f. 332'
ob. Jo. (1589 Jan. 5)	**Matthias** Hovius [4]) (cons. 1596 Febr. 18, † 1620 Maii 30)	1595 Sept. 25	Sch. Ind. 496

Mechuacan. (**Mechoacan**) in Indiis occid. seu partibus Mexicanis.

Noviter erectae	**Vascus** di Chiroca (Quiroga), cler. Abulen. [1])	1536 Aug. 18	AC 5 f. 16'
ob. Va. (1556 Mart. 14)	**Antonius** (Ruiz) de Morales O. Mil. s. Jac. de Sp. [2])	1566 Maii 15	AC 9 f. 146
tr. Ant. ad Taxcalen.	**Joannes** de Medina (Rincon) O. Er. s. A. [3])	1574 Jun. 18	AC 15 f. 155'
ob. Joannis (1588)	**Alfonsus** Guerra O. Praed., ep. de Rio de la Plata	1592 Mart. 9	Sch. Ind. 498
ob. Al. (1596 Jun. 28)	**Dominicus** de Ulloa O. Praed., ep. Popayan.	1596, † 1599	Gams 161

Mednicen. (**Telszi**) in Russia (Samogitia), suffr. Gneznen. (R. 120 fl., T. 33 1/3 fl.) [1])

ob. Martini [2])	**Nicolaus** Radzivil, cler. (ord. min.) Wilnen. [3])	1515 Jul. 6	H II 132 (16300/7)
. . . .	(**Nicolaus** Wizgaito seu Viscan.), ep. Chiovien.	1531 Febr. 15	AC 3 f. 140
ob. Nicolai [4])	**Wenceslaus** Verbicius (Wierzbicki) [5])	1534 Apr. 13	Lat. 1600 f. 123
ob. Wenceslai	**Joannes** Domanova (Domaniewski) [6])	1556 Apr. 13	AC 14 f. 14'
ob. Joannis (1563)	**Stanislaus** Narkustki (Arensius), adiac. Wilnen. [7])	1564 Jun. 21	AC 7 f. 166, 9 f. 99
ob. Stanislai [8])	**Victorinus** Virbieski (Wierzbicki), adiac. ips. eccl. [9])	1565 Jun. 8	AC 9 f. 122'
tr. Vict. ad Luceorien.	**Georgius** Petoki (Pietkiewicz) [10])	1567 Nov. 14	AC 9 f. 173'
ob. Georgii (1574)	**Melchior** Gedroicz (Gedroye), custos eccl. Wilnen. [11])	1576 Jan. 16	AC 15 f. 193

Medauren. (**Medaurus**) in Africa, tit.

certo modo	**Nicolaus** de Valle O. Min., prof. theol. [1])	1525 Aug. 11	AC 3 f. 76
. . . .	**Gaspar** de Torres O. Merced., mag. theol. [2])	1570 Jun. 9	AC 15 f. 68
ob. Gasparis	**Sebastianus** de Pesca, presb. Hispalen., mag. theol. [3])	1587 Apr. 27	AC 18 f. 63, 10 f. 82

---

[4]) Cler. Panormitan., in 18. a. const., admin. usque ad a. 27 (AC 3 f. 122), reserv. antiqua pens. 500 duc.

[5]) In minor. ord. const., de nobili genere, a Carolo imper. praesent. (AC 3 f. 177).

[6]) Nomin. et praesent. a caesare.

[7]) Qui 1563 Jun. 21 deputatur ad conficiendos canones de matrim. (Sch. Ind. 498).

[8]) Praesent. a rege cath., cum retent. certae pens. super fruct. eccl. Giennen.

[9]) Praesent. a rege cath., reserv. pens. sing. 200 duc. pro 4 personis nominatis (quae cum antiqua 1/3 fruct. non superant).

[10]) Nomin. a rege cath. (pro hac vice ex gratia), cum cassat. pensionum.

[11]) Praesent. a rege cath., reserv. pens. duc. 800, prout in cedula, et 200 pro personis a S. S. nominandis, sed regi cath. gratis.

Mechlinien.

[1]) Mutando eccl. colleg. s. Rumoldi in cathedr.

[2]) Cui conced. pallium 1561 Sept. 5 (AC 7 f. 96').

[3]) Nomin. a. rege cath., cui exped. litterae provis. gratis cuique 1583 Aug. 8 conced. pallium (AC 15 f. 339').

[4]) Cui conced. pallium 1595 Nov. 20. — Joanne epo. mortuo rex cath. Philippus II et Guilelmum Alaricum card. (XIII, 18) et Levinum Torrentium, ep. Antwerpiens., archiepisc. Mechlinien. nominavit, qui duo tamen prius obierunt, quam a sede apost. confirmarentur.

Mechuacan.

[1]) Lic. theol., cum facult. erigendi capitulum; qui 1549 Maii 12, cum esset a. 60, liberatur a visitatione liminum apost., dum in Indiis moratur, visitando tamen statutis temporibus aliquam suae dioec. ecclesiam; Julius III confirmat 1550 Jul. 8 translat. eccl. cathedr. Mechuacan. ab eod. epo. decem annis citra factam ad locum *Pazairo* nuncup.

[2]) Lic. juris can.

[3]) Verbi Dei concionator, nomin. a rege cath. — 1589 indulgentiae pro eccl. Mechuacan., ad quam Christoph. de Vadillo archidiac. reliquias ex Urbe attulit (Sch. Ind. 498).

Mednicen.

[1]) AC 4 f. 66, 14 f. 14'.

[2]) Joannis Lintfari a. 1492 promoti.

[3]) De nobili genere ex utr. par., in 20. a. const., admin. usque ad 27.

[4]) Inter eum et Wencesl. apud *Gams* 357 recensetur „Georgius Talat, † possess. non accepta".

[5]) Rector par. eccl. in Grodno d. Wilnen., de nobili gen. ex utr., secret. Sigism. regis Poloniae, nomin. ab eod. (AC 4 f. 66); qui 1534 Maii 14 personaliter et 1541 Jun. 28 per procur. limina apost. visitat (Sch. Ind. 498).

[6]) Can. Wilnen., secret. Sigism. regis Pol., in 60. a. const., cum dispens. super defectu 2 digitorum manus dextrae.

[7]) Cum retent. illius adiacon. ad 6 menses; cujus (a capitulo electi) confirmatio erat proposita (in consist.) 1564 Jun. 9, sed non expedita, quia fides non erat missa (AC 7 f. 165').

[8]) Antequam litterae apost. ad eum pervenerunt.

[9]) Vir nobilis et litteratus, a card. Warmiensi (X, 13) commend., ultra 40 a. natus, pro quo Sigism. Aug. rex Pol. suppl., cum retent. canonic. et praeb. ad annum et unius eccl. paroch. ad vitam.

[10]) Neque in theol. neque in jure can. graduatus, sed in eis eruditus et litteratus, ad preces regis Pol.

[11]) Quam dign. ad 6 menses retinet, in a. circ. 40 const., erud. in jure can. et s. theol., qui sec. *Gams* 357 „Samogitiam ad fidem cath. reduxit, sepultus 1609 Maii 11".

Medauren.

[1]) Suffr. Agrigentin.

[2]) Suffr. Hispalen., cum retent. adiacon. Compostellan. ad annum.

[3]) Suffr. Hispalen. de consensu card. de Castro (XII, 18) aepi. Hisp., cuius intuitu, non autem ecclesiae, datur suffr.; cum retent. quorund. benefic. ad valorem 500 duc.

Mediolanen. (**Milano**) in Italia super., metrop. (R. 4000 fl., T. 3000 fl.)[1]

res. Hippolyti card.[2]	**Hippolytus** Estensis, ejus nepos[3], *admin.*	1519 Maii 20	AC 2 f. 94'
res. Hippolyti[4]	**Joannes** Angelus (Arcimboldi), ep. Novarien.[5]	1550 Mart. 19	AC 8 f. 150, 6 f. 27'
ob. J. A. (1555 Apr. 6)	**Hippolytus** card. Estensis (VI, 26), *iterum admin.*[6]	1555	Gams 797
res. Hipp. card.[7]	**Philippus** Archinti, ep. Salutiarum[8]	1556 Dec. 16	AC 14 f. 53'
ob. Ph. (1558 Jun. 21)	**Joannes Angelus** card. de Medicis (VI, 68)[9]	1558 Jul. 20	AC 14 f. 126
ass. J. A. in S. P.[10]	**Carolus** card. Borromaeus (X, 2)[11], *admin.*	1560 Febr. 7	Gams 797
ob. Car. (1584 Nov. 3)	**Gaspar** (de Vicecomit.), el. Novarien.[12]	1584 Nov. 28	AC 18 f. 12'
ob. Ga. (1595 Jan. 12)	**Federicus** Borromaeus (card. 1609, † 1631 Sept. 21)	1595 Apr. 24	Sch. Ind. 498

Megaren. (**Megara**) in Achaia, suffr. Athenien., tit.

. . . .	**Martinus** de Vasconcellis	1506 Aug. 26	Sch. Ind. 498
certo modo	**Thomas** Vivian, prior domus de Bodrayn[1]	1517 Maii 4	Lat. 1342 f. 205
certo modo	**Franciscus** Wyzius, abbas mon. de Jasche O. S. B.[2]	1521 Maii 17	Lat. 1399 f. 1
certo modo	**Joannes** Raynaldus abbas (suffr. Meldensis)	1524 Mart. 16	AC 3 f. 20
ob. Joannis[3]	**Guido** de Montemiral, abbas mon. s. Maglorii O. S. B.[4]	1526 Apr. 27	AC 3 f. 98
res. Guid. († 1542)	**Carolus** Boucher, abbas mon. s. Maglorii O. S. B.[5]	1539 Aug. 4	AC 5 f. 87
certo modo	**Urbanus** Vigerius, coadj. c. j. s. epi. Senogallien.[6]	1555 Sept. 19	AC 6 f. 259'
certo modo	**Julius** Staurianus Armenus O. Praed., suffr. Nicosien.[7]	1561 Oct. 24	AC 7 f. 102'

Melden. (**Meaux**) in Gallia, suffr. Senonen. (R. 3000 fl., T. 2000 fl.)[1]

ob. Joannis[2]	**Ludovicus** (Pinelle)	1511 Apr. 30	Sch. Ind. 498
res. Ludov. († 1516 Jan. 2)	**Guilelmus** Briçonnet, ep. Lodoven.[3]	1515 Dec. 31	Lat. 1342 f. 199
ob. Gui. (1534 Jan. 24)	**Antonius** card. de Prato (V, 9), aep. Senonen.[4]	1534 Febr. 20	AC 4 f. 65'
ob. Ant. (1535 Jul. 9)	**Joannes** de Buz, cler. (tantum) Melden.[5]	1535 Aug. 13	AC 4 f. 89'
ob. Jo. (1552 Oct. 9)	**Ludovicus** de Bresse (Brezé), cler. Lexovien.[6]	1553 Sept. 13	AC 6 f. 170
res. Ludovici	**Joannes** (du Tillet), ep. Briocen.	1564 Aug. 5	AC 7 f. 177
ob. Jo. (1570 Dec. . .)	**Ludovicus** de Brezé, iterum	1571 Apr. 3	Gall. christ. 8, 1650 seq. et Sch. Ind. 498
ob. Lud. (1589 Sept. 15)	**Alexander** de la Marche	1589 Oct. 15	
	Joannes Touchard (non intrat)	1594 Jul. 28	
ob. Joannis (1597)	**Ludovicus** Hôpital, *commendat.* (res. 1602; † 1660 Maii 20)	1597 Jul. 13	

Mediolanen.

1) AC 2 f. 94, 14 f. 53'.

2) Card. Estensis (I, 20), cui a. 1497 eccl. Mediolan. administranda commissa est (cfr. Ferrarien., Capuan., Narbonnen., Strigonien.).

3) Ducis Ferrariae filius, in 11. a. const., admin. usque ad 27., cui 1521 Apr. 12 pallium conced. (AC 2 f. 162) cujusque suffr. 1534 Febr. 6 Joannes Ant. de Malegnano ep. Laodicen. fit (AC 4 f. 63); ipse vero per 30 annos Mediolanum non intrat (Gams 197). 1538 Dec. 20 in S. R. E. card (VI, 26) promotus.

4) Reserv. ²/₃ fruct., coll. benef., regr. necnon admin. eccl. Novarien.

5) Cui pallium conced. 1550 Mart. 23 (AC 8 f. 155', 6 f. 38').

6) De jure regressus sibi reserv.

7) Reserv. quadam parte fruct., coll. benef., regr.

8) Reserv. pens. 1000 scut. pro personis a S. S. nomin., salva altera pens. 1000 scut. — Cui 1557 Jun. 21 prorog. exped. litt. provis. attenta denegatione traditionis possessionis et 1557 Sept. 20 conced. pallium (AC 14 f. 81 et 90').

9) Card. Ferrariensis (Estensis), cui jus regressus ad eccl. Mediolan. competebat, per praepositum ipsius eccl. tamquam procuratorem nominat aepum. card. de Medicis (l. c.).

10) Seu resign. card. Ferrar. (Esten.).

11) In 21. a. const., cui, cons. in aepum. 1563 Dec. 7, conced. pallium 1564 Jan. 26 (AC 7 f. 152) et 1564 Maii 12 ecclesia Mediol. in titulum confertur (AC 9 f. 97', 7 f. 162 et 164). — Eidem a. 1579, tunc in Urbe degenti, indulgetur, ut per epum. deputandum extra tempora ad ordines valeat promovere, necnon moniales mon. s. Petri de Cremela, s. Georgii de Bernaza *(Bernate Ticino)*, ss. Petri et Pauli de Brugora et s. Mariae de Lambrugo dioec. Mediol. in ipsam civ. Mediol. transferre, a. autem 1580 conced. ei fac. procedendi adversus impedientes visitationem magni hospitalis et extrahi faciendi e locis immunibus bannitos eosque saeculari curiae tradendi; insuper S. S. ei mandat, ut in tota provincia sua exequatur caput concilii Trid. de instituendis seminariis, et reform. mon. ss. Cosmae et Dam. O. S. Bas. Armenorum committit (Sch. Ind. 498). *Qui postm. inter sanctos refertur.*

12) Cui conced. pallium 1584 Dec. 17.

Megaren.

1) O. Er. s. A. dioec. Exonien., suffr. Exonien., cum retent. benef. eccl. val. 30 libr. sterl. (AC 2 f. 8).

2) Dioec. Vesprimen., quod retinet, suffr. Jaurien. (AC 2 f. 164'); novae litt. de hac provis. sunt datae 1523 Nov. 26 (Lat. 1482 f. 307').

3) Forsan illius Joannis Nemet, olim abbatis mon. s. Juliani O. S. A. dioec. Paris. et prior mon. s. Catharinae Paris., a. 1503 promoti.

4) Dioec. Parisien., suffr. Melden.

5) Suffr. Parisien.

6) Qui 1556 Febr. degit in Urbe (Sch. Ind. 498).

7) Qui a. 1570 deputatur admin. eccl. Boven. cuique a. 1571 cura totius populi Armeni in ins. Cypro demandatur (Sch. Ind. 498).

Melden.

1) AC 6 f. 170.

2) De Pierrepont, a. 1500 promoti, qui 1504 Febr. 10 pro mon. s. M. de Columbis dioec. Carnoten. 1503 Dec. 11 sibi collato offert. (serv. comm.) 800 fl. (Sch. Ind. 498), † 1510 Sept. 2.

3) Cum retent. ipsius eccl. Lodov. 1516 Febr. 16 sibi concessa, pro qua solvit 1060 fl., et mon. s. Germanis de Pratis Paris. ac s. Guil. de Desertis dioec. Lodoven.; 1517 erat orator regis Franciae apud sedem apost. (Sch. Ind. 498).

4) *Admin.*, nomin. a rege Franc.

5) Et commend. mon. s. Feronis O. S. B. et s. M. de Caggua O. S. A., reserv. pens. 1000 libr. Turon. pro card. de Bolonia (V, 33), nomin. a rege Franc.

6) De nobili genere ex utr., pro quo Franc. rex Franc. suppl., quique 1562 Nov. 13 advenit Tridentum.

Melfien. (Melfi) in Italia infer., immed. subj. (T. 350 fl.)[1])

res. Raphaelis[2])	**Laurentius** Puccius, ep. Pistoricen., *admin.*[3])	1513 Aug. 12	H I 244 (4064/73)
res. Laur. card.	**Joannottus** de Puciis, can. Florentin., ejus nepos[4])	1528 Mart. 16	AC 3 f. 138
